
DE·OSUNA





Ὁ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΠΟΛΕΜΟΣ

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΣ.

THUCYDIDIS

BELLUM

PELOPONNESIACUM.

Ex editione WASSII et DUKERI.

TOM. IV.



GLASGUAE:

IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI

MDCCLIX.



ΤΗΣ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,

ΤΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ,

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

THUCYDIDIS

OLORI FILII,

HISTORIAE

LIBER QUARTUS.



ΤΗΣ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,

ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ,

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΤΟΥ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, περὶ σίτου ἐκβολὴν, Συρακουσίων δέκα νῆες πλεύσασαι, καὶ Λοκρίδες ἴσαι Μεσσήνην τὴν ἐν Σικελίᾳ κατέλαβον, αὐτῶν ἐπαγαγομένων· καὶ ἀπέστη Μεσσήνη Ἀθηναίων. ἔπραξαν δὲ τοῦτο μάλιστα οἱ μὲν Συρακούσιοι, ὁρῶντες προσβολὴν ἔχον τὸ χωρίον τῆς Σικελίας, καὶ φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους, μὴ ἐξ αὐτοῦ ὁρμώμενοί ποτε, σφίσι μείζονι παρασκευῇ ἐπέλθωσιν· οἱ δὲ Λοκροὶ, κατὰ ἔχθος τὸ Ῥηγίνων, βουλόμενοι ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς καταπολεμεῖν. καὶ ἐσεβεβλήκεσαν ἅμα ἐς τὴν Ῥηγίνων οἱ Λοκροὶ πανστρατιᾷ, ἵνα μὴ ἐπιβοηθῶσι τοῖς Μεσσηνίοις· ἅμα δὲ καὶ ξυνεπαγόντων Ῥηγίνων φυγάδων, οἳ ἦσαν

THUCYDIDIS
OLORI FILII,
HISTORIAE
LIBER QUARTUS.

SEQUENTE vere, cum ſegetes jam ſpicas emittere inciperent, decem Syracuſanorum naves, et totidem Locrorum profectae, Meſſanam, quae eſt in Sicilia, occuparunt, ab ipſis *oppidanis* accitae. Et Meſſana ab Athenienſibus defecit. Hoc autem potiſſimum fecerunt Syracuſani quidem, quod viderent, id oppidum ad invadendam Siciliam opportunum eſſe, et Athenienſes metuerent, ne illinc *ut ex belli ſede* excurrentes, majori apparatu ſe invaderent: Locri vero, propter odium, quo Rheginos proſequebantur, quia eos utrinque, *terra marique*, bello premere volebant. ſimul autem Locri cum frequentibus copiis in Rheginorum agrum irruptionem fecerunt, ne *Rhegini* Meſſeniis auxilium ferrent: ſimul etiam inducti ab exſulibus Rheginis, qui apud

ipſos erant. Rhegium enim jampridem ſeditionibus agitabatur, nec in praeſentia Locros arcere poterat: quo etiam magis *ipſum Locri* premebant. Locri autem, vaſtato *Rheginorum* agro, cum peditatu quidem domum redierunt: naves vero Meſſanae praeſidio remanſerunt. et aliae, quae inſtruebantur, eo venturae, ibique caſtra ſtativa habiturae, et bellum illinc geſturae erant.

2. Sub eadem veris tempora, antequam frumenta eſſent matura, Peloponneſii, eorumque ſocii irruptionem in Atticam fecerunt. illis autem praeerat Agis Archidami *filius*, Lacedaemoniorum Rex: et ſtativa *ibi* habentes agrum populabantur. Athenienſes vero illas quadraginta naves, quas inſtruxerant, in Siciliam miſerunt, et reliquos duces, Eurymedontem, et Sophoclem. Nam Pythodorus, qui cum illis tertius erat dux, in Siciliam jam ante profectus fuerat. His autem imperarunt, ut in tranſitu curarent res Corcyraeorum, qui in urbe erant, qui latrociniis ab exſulibus in monte degentibus

παρ' αὐτοῖς. τὸ γὰρ Ῥήγιον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζε, καὶ ἀδύνατα ἦν ἐν τῷ παρόντι τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι· ᾗ μᾶλλον καὶ ἐπετίθεντο. δῃώσαντες δὲ, οἱ μὲν Λοκροὶ τῷ πεζῷ ἀπεχώρησαν, αἱ δὲ νῆες Μεσσήνην ἐφρούρουν· καὶ ἄλλαι αἱ πληρούμεναι ἔμελλον, αὐτόσε ἐγκαθορμισάμεναι, τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν ποιήσεσθαι.

β'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι, Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικήν· ἡγεῖτο δὲ Ἆγις ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς· καὶ ἐγκαθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν. Ἀθηναῖοι δὲ τάς τε τεσσαράκοντα ναῦς ἐς Σικελίαν ἀπέστειλαν, ὥσπερ παρεσκευάζοντο, καὶ στρατηγοὺς τοὺς ὑπολοίπους, Εὐρυμέδοντα καὶ Σοφοκλέα. Πυθόδωρος γὰρ ὁ τρίτος αὐτῶν ἤδη προαφῖκτο ἐς Σικελίαν. εἶπον δὲ τούτοις καὶ Κερκυραίων ἅμα παραπλέοντας τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιμεληθῆναι, οἳ ἐλῃστεύοντο ὑπὸ τῶν ἐν τῷ

ὄρει φυγάδων· ϗ Πελοποννησίων αὐτόσε νῆες ἑξήκοντα παρεπεπλεύκεσαν τοῖς ἐν τῷ ὄρει τιμωροί· ϗ λιμοῦ ὄντος μεγάλου ἐν τῇ πόλει, νομίζοντες κατασχήσειν ῥαδίως τὰ πράγματα. Δημοσθένει δὲ ὄντι ἰδιώτῃ, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας αὐτῷ δεηθέντι, εἶπον χρῆσθαι ταῖς ναυσὶ ταύταις, ἢν βούληται, περὶ τὴν Πελοπόννησον.

γ'. Καὶ ὡς ἐγένοντο πλέοντες κατὰ τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἐπυνθάνοντο ὅτι αἱ νῆες ἐν Κερκύρᾳ ἤδη εἰσὶ τῶν Πελοποννησίων, ὁ μὲν Εὐρυμέδων ϗ ὁ Σοφοκλῆς ἠπείγοντο ἐς τὴν Κέρκυραν. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐς τὴν Πύλον πρῶτον ἐκέλευε σχόντας αὐτοὺς, ϗ πράξαντας ἃ δεῖ, τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι. ἀντιλεγόντων δὲ, κατὰ τύχην χειμὼν ἐπιγενόμενος κατήνεγκε τὰς ναῦς ἐς τὴν Πύλον. ϗ ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ἠξίου τειχίζεσθαι τὸ χωρίον. ἐπὶ τοῦτο γὰρ ξυνεκπλεῦσαι. ϗ ἀπέφαινε πολλὴν εὐπορίαν ξύλων τε καὶ

infestabantur. et Peloponnesiorum sexaginta naves illuc navigaverant, ut opem illis ferrent, qui in monte erant; simul etiam quod propter ingentem famem, qua *Corcyraeorum* civitas laborabat, res illas in suam potestatem facile redactum iri sperarent. Mandarunt etiam Demostheni, qui post suum ex Acarnania reditum vitam privatam degebat, hoc ipsum flagitanti, ut his navibus, si vellet, circa Peloponnesum uteretur.

3. Cum autem inter navigandum e regione agri Laconici fuissent, et accepissent Peloponnesiorum naves ad Corcyram jam appulisse, Eurymedon quidem et Sophocles ad Corcyram tendere properabant. Demosthenes vero eos hortabatur, ut primum Pylum appellerent, deinde, peractis rebus, quae peragendae essent, navigationis cursum conficerent. Illis vero contradicentibus, forte fortuna tempestas exorta classem Pylum detulit. Demosthenes autem postulavit, ut locus ille confestim muniretur. Hac enim de causa se cum illis navigasse *dicebat*. Demonstrabat autem, magnam esse lignorum

lapidumque copiam, et locum natura munitum esse, et cum ipsum, tum etiam magnum illius agri tractum circumcirca desertum esse. Pylus enim a Sparta distat stadia circiter quadringenta, et sita est in eo agro, qui olim erat Messenius, quem Lacedaemonii Coryphasion vocant. Illi vero dicebant, multa esse Peloponnesi promontoria deserta, si in iis occupandis civitatem exhaurire velit. Caeterum huic locus iste longe commodior, quam ullus alius, esse videbatur, tum quod ei portus adjaceret, tum etiam quod Messenii, qui olim cognatione cum illius loci incolis conjuncti fuerant, et eadem, qua Lacedaemonii, lingua utebantur, illinc prodeuntes plurima damna *Lacedaemoniis* daturi essent, simul etiam illius loci fideles custodes futuri essent.

4. Sed cum neque ducibus, neque militibus rem persuadere posset, quam etiam postea cum ipsis praefectis communicarat, propter navigandi difficultatem quievit, donec ipsos milites otium agentes, ex contentione inter eos orta, loci muniendi cupiditas invasit. Itaque manus ad opus facien-

λίθων, καὶ φύσει καρτερὸν ὄν, καὶ ἔρημον αὐτό τε καὶ ἐπιπολὺ τῆς χώρας. ἀπέχει γὰρ ςαδίους μάλιςα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους, καὶ ἔςιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ. καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. οἱ δὲ πολλὰς ἔφασαν εἶναι ἄκρας ἐρήμους τῆς Πελοποννήσου, ἣν βούληται καταλαμβάνων τὴν πόλιν δαπανᾶν. τῷ δὲ διάφορόν τι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον ἑτέρου μᾶλλον, λιμένος τε προσόντος, καὶ τοὺς Μεσσηνίους οἰκείους ὄντας αὐτῷ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὁμοφώνους τοῖς Λακεδαιμονίοις, πλεῖς' ἂν βλάπτειν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένους, καὶ βεβαίους ἅμα τοῦ χωρίου φύλακας ἔσεσθαι.

δ'. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν οὔτε τοὺς ςρατηγοὺς, οὔτε τοὺς ςρατιώτας, ὕςερον καὶ τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας, ἡσύχαζεν ὑπὸ ἀπλοίας, μέχρις αὐτοῖς τοῖς ςρατιώταις σχολάζουσιν ὁρμὴ ἐπέπεσε περὶ ςάσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. καὶ ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο,

σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. καὶ τὸν πηλὸν, εἴπου δέοι χρῆσθαι, ἀγγείων ἀπορίᾳ, ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον, ἐγκεκυφότες τε, ὡς μάλιστα μέλλοι ἐπιμένειν, καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες, ὅπως μὴ ἀποπίπτοι. παντί τε τρόπῳ ἠπείγοντο φθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους, τὰ ἐπιμαχώτατα ἐξεργασάμενοι, πρὶν ἐπιβοηθῆσαι. τὸ γὰρ πλέον τοῦ χωρίου αὐτὸ καρτερὸν ὑπῆρχε, καὶ οὐδὲν ἔδει τείχους.

έ. Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὡς ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως ληψόμενοι βίᾳ. καί τι αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ὢν ἐπέσχε. τειχίσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι [τοῦ χωρίου] τὰ πρὸς ἤπειρον, καὶ ἃ μάλιστα ἔδει, ἐν ἡμέραις ἓξ, τὸν μὲν Δημοσθένην μετὰ νεῶν πέντε αὐτοῦ φύλακα καταλείπουσι, ταῖς δὲ

dum admoverunt, nulla ferramenta ad lapides caedendos habentes, ſed eos cum delectu comportantes; et ubi quisque apte quadrare poterat, coagmentabant. et lutum, ſicubi opus illo eſſet, ob vaſorum penuriam, humeris portabant; ita procumbentes, ut commodiſſime in dorſo permanere poſſet; quinetiam manus a tergo conſerentes, ne decideret. Omnique ratione properabant Lacedaemonios antevertere, et illas munitionum partes, quae oppugnationi maxime opportunae erant, prius abſolvere, quam illi ad opem loco ferendam venirent. nam major illius loci pars ſuopte ſitu munita erat, muroque non indigebat.

5. Lacedaemonii vero tunc forte diem feſtum agebant, et licet interea hoc audiſſent, tamen contemnebant; quod ſimul ac exercitum eduxiſſent, aut hoſtes ſuum adventum non exſpectaturos, aut oppidum a ſe per vim facile receptum iri putarent. nonnihil etiam *ipſorum* exercitus, qui in agro Attico adhuc erat, ipſos retardavit. Athenienſes vero communito intra ſex dies loco, qui continentem verſus erat, et ubi maxime oportebat, Demoſthenem quidem cum quin

que navibus ibi reliquerunt, ut ei praesidio esset: at cum caeteris, quorum numerus erat major, cursum in Corcyram et Siciliam urgebant.

6. At Peloponnesii qui in Attica erant, accepto nuntio de Pylo capta, domum celeriter se receperunt. Lacedaemonii enim, et Agis ipsorum Rex, id quod Pylo contigerat, ad se potissimum pertinere ducebant. simul etiam quia praemature irruptionem fecerant, et frumento adhuc viridi multis commeatus deerat. Praeterea frigus acrius, quam illud anni tempus ferret, exercitum pressit. Quare multis de causis contigit, ut illi celerius se receperint, et in hac expeditione minimum commorati fuerint. nam quindecim dies in Attica manserunt.

7. Per idem tempus Simonides Atheniensium dux, coacta paucorum Atheniensium, qui in praesidiis erant, et magna sociorum illic habitantium manu, Eionem, quae est in Thracia, Mendaeorum coloniam, sed *Atheniensium* hostem per proditionem occupavit. cum autem Chalcidenses et Bot-

πλείοσι ναυσὶ τὸν ἐς τὴν Κέρκυραν πλοῦν καὶ Σικελίαν ἠπείγοντο.

ϛʹ. Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ἀττικῇ ὄντες Πελοποννήσιοι, ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης, ἀνεχώρουν κατὰ τάχος ἐπ᾽ οἴκου. νομίζοντες μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἆγις ὁ βασιλεὺς οἰκεῖον σφίσι τὸ περὶ τὴν Πύλον. ἅμα δὲ πρωῒ ἐσβαλόντες, καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος, ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς. χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν, ἐπίεσε τὸ στράτευμα. ὥστε πολλαχόθεν ξυνέβη ἀναχωρῆσαί τε θᾶσσον αὐτοὺς, καὶ βραχυτάτην γενέσθαι τὴν ἐσβολὴν ταύτην. ἡμέρας γὰρ πεντεκαίδεκα ἔμειναν ἐν τῇ Ἀττικῇ.

ζʹ. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Σιμωνίδης Ἀθηναίων στρατηγὸς, Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικίαν, πολεμίαν δὲ οὖσαν, ξυλλέξας Ἀθηναίους τε ὀλίγους ἐκ τῶν φρουρίων, καὶ τῶν ἐκείνῃ ξυμμάχων

πλῆθος, προδιδομένην κατέλαβε. καὶ πά-ραχρῆμα ἐπιβοηθησάντων Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων, ἐξεκρούσθη τε, καὶ ἀπέβαλε πολ-λοὺς τῶν στρατιωτῶν.

ή. Αναχωρησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ατ-τικῆς Πελοποννησίων, οἱ Σπαρτιάται, αὐ-τοὶ μὲν καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων εὐθὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν Πύλον· τῶν δὲ ἄλ-λων Λακεδαιμονίων βραδυτέρα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος, ἄρτι ἀφιγμένων ἀφ᾽ ἑτέρας στρατι-ᾶς. περιήγγελλον δὲ κατὰ τὴν Πελοπόν-νησον, βοηθεῖν ὅτιτάχιστα ἐπὶ Πύλον. καὶ ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Κερκύρᾳ ναῦς σφῶν τὰς ἑξήκοντα ἔπεμψαν, αἳ ὑπερενεχθεῖσαι τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν, καὶ λαθοῦσαι τὰς ἐν Ζα-κύνθῳ Ατλικὰς ναῦς, ἀφικνοῦνται ἐπὶ Πύ-λον. παρῆν δὲ ἤδη καὶ ὁ πεζὸς στρατός. Δη-μοσθένης δὲ, προσπλεόντων ἔτι τῶν Πε-λοποννησίων, ὑπεκπέμπει φθάσας δύο ναῦς ἀγγεῖλαι Εὐρυμέδοντι καὶ τοῖς ἐν ταῖς ναυ-σὶν ἐν Ζακύνθῳ Αθηναίοις, παρεῖναι, ὡς

tiaci confestim opem tulissent, inde expulsus est, multosque milites amisit.

8. Cum autem Peloponnesii ex Attica domum rediissent, Spartani quidem, cum ipsi, tum finitimorum populorum proximi, quique ad opem Pylo celeriter ferendam iverunt: caeterorum vero Lacedaemoniorum adversus hostem profectio tardior exstitit, quod ex altera expeditione modo reversi essent. sed nuntiis per *totam* Peloponnesum circummissis imperarunt, ut *omnes* ad opem Pylo ferendam primo quoque tempore concurrerent. ad suas etiam sexaginta naves, quae apud Corcyram erant, nuntium miserunt; quae per Leucadium Isthmum transportatae, cum Atticam classem, quae ad Zacynthum erat, latuissent, ad Pylum pervenerunt. copiae vero pedestres et ipsae jam praesto erant. Demosthenes vero, cum Peloponnesii navigationis cursum eo adhuc tenerent, duas naves clam ocius emisit, quae nuntiarent Eurymedonti, et caeteris Atheniensibus, qui cum classe ad Zacynthum e-

rant, ut celeriter venirent, quod locus in discrimine verſaretur. Et illae quidem *duae* naves, prout Demoſthenes mandarat, magnam in navigando celeritatem adhibuerunt. Lacedaemonii vero ſe ad illius loci munitionem terra marique oppugnandam parabant, quod opus properanter factum, et in quo pauci propugnatores eſſent, a ſe facile expugnatum iri ſperarent. Caeterum, cum Atticarum navium e Zacyntho auxilia *ad Demoſthenem brevi ventura* exſpectarent, in animo habebant, niſi forte prius *munitionem* expugnaſſent, ipſas etiam portus fauces obſtruere, ne Athenienſibus ad eum appellere liceret. Inſula enim nomine Sphacteria ante portum porrecta, et prope adjacens, efficit et portum tutum et introitus anguſtos; ut hac quidem, qua ad Athenienſium munitionem et Pylum vergit, bina navigia; illac vero, qua vergit ad reliquam continentem, octona novenaque *frontibus aequatis ſimul* transire poſſint. totaque ſylveſtris, et propter ſolitudinem invia, et quindecim ferme ſtadiorum magnitudine erat. Portus igitur

τοῦ χωρίου κινδυνεύοντος. καὶ αἱ μὲν νῆες κατὰ τάχος ἔπλεον, κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ Δημοσθένους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι παρεσκευάζοντο ὡς τῷ τειχίσματι προσβαλοῦντες κατά τε γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν, ἐλπίζοντες ῥᾳδίως αἱρήσειν οἰκοδόμημα διὰ ταχέων εἰργασμένον, καὶ ἀνθρώπων ὀλίγων ἐνόντων. προσδεχόμενοι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ζακύνθου τῶν Ἀττικῶν νεῶν βοήθειαν, ἐν τῷ εἶχον, ἢν ἄρα μὴ πρότερον ἕλωσι, καὶ τοὺς ἔσπλους τοῦ λιμένος ἐμφράξαι, ὅπως μὴ ᾖ τοῖς Ἀθηναίοις ἐφορμίσασθαι ἐς αὐτόν. ἡ γὰρ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη, τόν τε λιμένα παρατείνουσα, καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη, ἐχυρὸν ποιεῖ, καὶ τοὺς ἔσπλους στενοὺς, τῇ μὲν δυοῖν νεοῖν διάπλουν, κατὰ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὴν Πύλον· τῇ δὲ, πρὸς τὴν ἄλλην ἤπειρον, ὀκτὼ ἢ ἐννέα. ὑλώδης τε καὶ ἀτριβὴς πᾶσα ὑπ' ἐρημίας ἦν, καὶ μέγεθος περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα.

τοὺς μὲν οὖν ἔσπλους ταῖς ναυσὶν ἀντιπρώρους βύζην κλήσειν ἔμελλον· τὴν δὲ νῆσον ταύτην φοβούμενοι μὴ ἐξ αὐτῆς τὸν πόλεμον σφίσι ποιῶνται, ὁπλίτας διεβίβασαν εἰς αὐτὴν, καὶ περὶ τὴν ἤπειρον ἄλλους ἔταξαν. οὕτω γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις τήν τε νῆσον πολεμίαν ἔσεσθαι, τήν τε ἤπειρον, ἀπόβασιν οὐκ ἔχουσαν. τὰ γὰρ αὐτῆς τῆς Πύλου, ἔξω τοῦ ἔσπλου, πρὸς τὸ πέλαγος ἀλίμενα ὄντα, οὐχ ἕξειν ὅθεν ὁρμώμενοι ὠφελήσουσι τοὺς αὑτῶν. σφεῖς δὲ, ἄνευ τε ναυμαχίας καὶ κινδύνου, ἐκπολιορκήσειν τὸ χωρίον, κατὰ τὸ εἰκὸς, σίτου τε οὐκ ἐνόντος, καὶ δι' ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένου. ὡς δ' ἐδόκει αὐτοῖς ταῦτα, καὶ διεβίβαζον ἐς τὴν νῆσον τοὺς ὁπλίτας, ἀποκληρώσαντες ἀπὸ πάντων τῶν λόχων, καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχήν· οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταλειφθέντες, εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν, καὶ Εἵλωτες οἱ περὶ

oſtia navibus confertim collocatis, ita ut proras *altum verſus et hoſtibus* adverſas haberent, obſtruere ſtatuerant. quinetiam in hanc ipſam inſulam, timentes ne ex ea bellum ſibi facerent, gravis armaturae milites transportarunt, et alios in continente collocarunt. Ita enim *exiſtimabant*, et ipſam inſulam Athenienſibus hoſtem fore, atque etiam continentem, utpote quae nullum haberet locum, in quem Athenienſes e navibus exſcenſum facerent. Nam illam ipſius Pyli oram, quae extra portus oſtium erat, et quae altum ſpectabat, quod eſſet importuoſa, *ſciebant* non habituram, unde proficiſcerentur ad ſuos adjuvandos: ſe vero, et ſine proelio navali, et ſine periculo locum expugnaturos *ſperabant*, ut erat veriſimile; tum quod nullus in eo commeatus eſſet, tum etiam quod ab exiguo apparatu occupatus fuiſſet. Cum autem hanc ſententiam comprobaſſent, milites in inſulam transportarunt, ex omnibus cohortibus ſortiti: aliique prius, ſubinde per vices *eo* trajecerunt. Poſtremi vero, qui etiam illic relicti fue-

runt, erant quadringenti et viginti, praeter Helotas, qui circum ipſos erant. Illis autem praeerat Epitadas Molobri *filius*.

9. Demoſthenes vero, cernens Lacedaemonios cum navalibus ſimul et pedeſtribus copiis aggreſſuros, ipſe quoque ſe praeparabat, et *quinque* naves, quae ipſi relictae fuerant, ſubduxit, easque transverſas pro vallo ante oppidum collocavit, et earum nautas ſcutis infirmis, et plerisque vimineis armavit. nec enim in loco deſerto arma ſibi comparare poterant. Quinetiam haec ipſa ceperant ex piratica triremi, et actuario navigio Meſſeniorum, qui forte *eo* appulerant. Et inter iſtos Meſſenios fuerunt ad quadraginta gravis armaturae milites, quibus Demoſthenes una cum aliis uſus eſt. Is igitur multos et inermium et armatorum, qua maxime continentem verſus muro munitum firmatumque oppidum erat, diſpoſuit; praecipiens, ut *hoſtium* peditatum propulſarent, ſi aggrederetur. Ipſe vero, cum ex omnibus ſexaginta gravis armaturae milites, et aliquot ſagittarios delegiſſet, cum iſtis extra

αὐτοὺς. ἦρχε δ' αὐτῶν Ἐπιτάδας ὁ Μολόβρου.

θ'. Δημοσθένης δὲ, ὁρῶν τοὺς Λακεδαιμονίους μέλλοντας προσβάλλειν ναυσί τε ἅμα καὶ πεζῷ, παρεσκευάζετο καὶ αὐτὸς, καὶ τὰς τριήρεις, αἵπερ ἦσαν αὐτῷ ἀπὸ τῶν καταλειφθεισῶν, ἀνασπάσας, ὑπὸ τὸ τείχισμα προσεσταύρωσε, καὶ τοὺς ναύτας ἐξ αὐτῶν ὥπλισεν ἀσπίσι τε φαύλαις, καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς. οὐ γὰρ ἦν ὅπλα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ πορίσασθαι. ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐκ λῃστρικῆς Μεσσηνίων τριακοντόρου καὶ κέλητος ἔλαβον οἳ ἔτυχον παραγενόμενοι. ὁπλῖταί τε τῶν Μεσσηνίων τούτων ὡς τεσσαράκοντα ἐγένοντο, οἷς ἐχρῆτο μετὰ τῶν ἄλλων. τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς τῶν τε ἀόπλων καὶ ὡπλισμένων, ἐπὶ τὰ τετειχισμένα μάλιστα καὶ ἐχυρὰ τοῦ χωρίου πρὸς τὴν ἤπειρον ἔταξε· προειπὼν ἀμύνασθαι τὸν πεζὸν, ἢν προσβάλῃ. αὐτὸς δὲ ἀπολεξάμενος ἐκ πάντων ἑξήκοντα

ὁπλίτας, καὶ τοξότας ὀλίγους, ἐχώρει ἔξω τοῦ τείχους ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ᾗ μάλιστα ἐκείνους προσεδέχετο πειράσειν ἀποβαίνειν. ἐς χωρία μὲν χαλεπὰ καὶ πετρώδη πρὸς τὸ πέλαγος τετραμμένα, σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος, ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι. οὔτε γὰρ αὐτοὶ ἐλπίζοντες ποτὲ ναυσὶ κρατήσεσθαι, οὐκ ἰσχυρὸν ἐτείχιζον, ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν, ἁλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι. κατὰ τοῦτο οὖν πρὸς αὐτὴν τὴν θάλασσαν χωρήσας ἔταξε τοὺς ὁπλίτας, ὡς εἴρξων, ἢν δύνηται· καὶ παρεκελεύσατο τοιάδε.

ί. ‘ Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ ‘ κινδύνου, μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾷδε ἀ‘νάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκ‘λογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὼς ἡμᾶς δει‘νόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁ‘μόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἐκ τού‘των ἂν περιγενόμενος. ὅσα γὰρ ἐς ἀνάγ-

murum ad mare profectus est, qua potissimum illos ex navibus in terram exscensum facere conaturos existimabat. nam ipsos ad loca quidem aspera, et saxosa, et ad mare conversa: sed tamen, quia ab hac parte suae munitionis murus infirmissimus erat, ipsos *ideo* putabat allectum iri, magnoque studio daturus operam, *ut in hanc partem exscenderent*. Neque ipsi *Athenienses* sperabant fore unquam, ut classe *Lacedaemoniis* inferiores essent, et *propterea* eam muri partem nulla firma munitione muniverant; et, si illi per vim in terram exscendere conarentur, oppidum facile capi posse *credebant*. In hac igitur parte, quae ipsum mare spectabat, milites collocavit, atque disposuit, ut *hostes* arceret, si posset. eosque his verbis est adhortatus.

10. 'Viri, qui mihi ejusdem periculi 'nunc estis socii, nemo vestrum, reputans 'omnes difficultates, quae nos circumstant, 'prudens videri velit, potius quam has nullo modo considerans, bonaeque spei plenus adversarios invadere, propter haec incolumis evasurus. nam quaecunque res (ut 'istae) ad necessitatem sunt redactae, mini-

'mum prudentiae desiderant, at indigent 'animi praesentia ad periculum celerrime 'subeundum. Quanquam ego pleraque no- 'biscum facere video, si et impetum hosti- 'um sustinere, neque potiora commoda, 'quae nobis ad rem feliciter gerendam ad- 'sunt, illorum multitudine deterriti, foede 'prodere velimus. quod enim locus acces- 'su sit difficilis, hoc pro nobis facere duco; 'quippe qui nobis quidem illorum impetum 'sustinentibus auxilio futurus est: sed si 'recedamus, accessu facilis erit, quantum- 'vis alioqui difficilis, *utpote* nemine *hostem* 'prohibente. Et, *si recedamus*, hostem acri- 'us nos urgentem habebimus, quia non fa- 'cile se recipere poterit, si nos etiam ipsum 'urgeamus. Dum enim *hostes* sunt in navi- 'bus, facillime propulsari possunt: sed si in 'terram exscenderint, tunc vero nobiscum 'aequa conditione pugnabunt. Et ipsorum 'multitudo non admodum est extimescen- 'da: quamvis enim sit ingens, tamen prop- 'ter difficultatem loci, quo appellere cona- 'bitur, exigua manu pugnabit. Quamvis 'enim *hostium* exercitus *nostro* sit major, ta- 'men non est in terra, perinde atque *no-*

‘ κην ἀφῖκται, ὥσπερ τάδε, λογισμὸν ἥ-
‘ κιστα ἐνδεχόμενα, κινδύνου τοῦ ταχίστου
‘ προσδεῖται. ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ
‘ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι,
‘ καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέν-
‘ τες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καὶα-
‘ προδοῦναι. τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμ-
‘ βατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡ-
‘ μῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι
‘ δὲ, καίπερ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται,
‘ μηδενὸς κωλύοντος. καὶ τὸν πολέμιον δει-
‘ νότερον ἕξομεν, μὴ ῥαδίας αὐτῷ πάλιν
‘ οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ἢν καὶ ὑφ᾽ ἡ-
‘ μῶν βιάζηται. ἐπὶ γὰρ ταῖς ναυσὶ ῥᾷ-
‘ στοί εἰσιν ἀμύνεσθαι· ἀποβάντες δὲ, ἐν
‘ τῷ ἴσῳ ἤδη τότε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄ-
‘ γαν δεῖ φοβεῖσθαι. καὶ ὀλίγον γὰρ μα-
‘ χεῖται, καίπερ πολὺ ὂν, ἀπορίᾳ τῆς
‘ προσορμίσεως. καὶ οὐκ ἐν γῇ στρατός ἐστιν
‘ ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων, ἀλλ᾽ ἀπὸ νεῶν,
‘ αἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάσ-

‘ σῃ ξυμβῆναι. ὥστε τὰς τούτων ἀπορίας
‘ ἀντιπάλους ἡγοῦμαι τῷ ἡμετέρῳ πλή-
‘ θει· καὶ ἅμα ἀξιῶ ὑμᾶς, Ἀθηναίους ὄν-
‘ τας, καὶ ἐπισταμένους ἐμπειρίᾳ τὴν ναυ-
‘ τικὴν ἐπ᾽ ἄλλους ἀπόβασιν (ὅτι εἴτις
‘ ὑπομένοι καὶ μὴ φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δει-
‘ νότητος κατάπλου ὑποχωροίη, οὐκ ἂν
‘ ποτε βιάζοιτο) καὶ αὐτοὺς νῦν μεῖναί
‘ τε, καὶ ἀμυνομένους παρ᾽ αὐτὴν τὴν ῥα-
‘ χίαν, σώζειν ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ
‘ χωρίον.’

ια΄. Τοσαῦτα τοῦ Δημοσθένους παρακελευσαμένου, οἱ Ἀθηναῖοι ἐθάρσησάν τε μᾶλλον, καὶ ἐπικαταβάντες ἐτάξαντο παρ᾽ αὐτὴν τὴν θάλασσαν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἄραντες, τῷ τε κατὰ γῆν στρατῷ προσέβαλλον τῷ τειχίσματι, καὶ ταῖς ναυσὶν ἅμα, οὔσαις τεσσαράκοντα καὶ τρισί. ναύαρχος δὲ αὐτῶν ἐπέπλει Θρασυμηλίδας, ὁ Κρατησικλέους, Σπαρτιάτης. προσέβαλλε δὲ ἧπερ ὁ Δημοσθένης προσεδέχετο. καὶ οἱ μὲν

' *ſter*; ſed ex navibus *pugnabit*; quibus multae opportunitates in mari contingant eſt neceſſe. Quare difficultates iſtorum noſtri *paucitati* pares eſſe duco: inſuper et vos obſecro, qui Athenienſes eſtis, et qui experientia nauticum in alios exſcenſum noviſtis (quod ſiquis hoſtium impetum fortiter ſustineat, nec gravi fluctuum illiſorum ſtrepitu et minaci navium incurrentium impetu territus recedat, *is* nunquam per vim ſummoveri poſſit) ut et nunc perſiſtatis, et arcentes hoſtem ad ipſum littoris ſalebroſi dorſum, et nos ipſos et locum conſervetis.'

11. Cum autem Demoſthenes his tantum Athenienſes adhortatus fuiſſet, illi majorem fiduciam animo conceperunt, et cum ad ipſum mare deſcendiſſent, ibi ſe ad hoſtes propulſandum acie inſtructa pararunt. Lacedaemonii vero, motis caſtris, terreſtri exercitu navibusque XLIII. munitiones aggreſſi ſunt. Illorum autem claſſis praefectus erat Thraſymelidas Crateſiclis *filius*, Spartanus. Easque ab ea parte invaſit, qua Demoſthenes *illos venturos* ſperabat. Atheni-

enses vero et ipsi utrinque a terra et a mari hostem propulsabant. Illi vero classem partiti, cum exiguo navium numero, quod cum majore ad littus appellere non possent, et *caeteras naves interea* quiescere jubentes, per vices impetum faciebant, omnique animi contentione et adhortatione utentes, si quo modo rejectis *hostibus* munitionem capere possent. Brasidas autem omnium maxime conspicuus extitit. cum enim esset unus e trierarchis, et videret propter loci et accessus difficultatem trierarchos et gubernatores, si quam etiam ad partem accedi posse videbatur, formidantes, et caventes ne naves confringerent, vociferabatur, dicens non decere ipsos, dum lignis parcunt, munitionem in *suo* agro ab hostibus exstructam pati. quinimo jubebat ipsos ex navibus in littus per vim exscendere, navesque confringere; et socios *hortabatur,* ne pro magnis beneficiis, *quae acceperant*, suas naves in praesentia Lacedaemoniis largiri dubitarent: sed navibus *in littus* impactis, et quavis ratione exscensu ex illis in terram facto, et viros et locum in suam potestatem redigerent.

Ἀθηναῖοι ἀμφοτέρωθεν ἔκ τε γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης ἠμύνοντο. οἱ δὲ, κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι, διότι οὐκ ἦν πλείοσι προσχεῖν, καὶ ἀναπαύοντες, ἐν τῷ μέρει τοὺς ἐπίπλους ἐποιοῦντο, προθυμίᾳ τε πάσῃ χρώμενοι καὶ παρακελευσμῷ, εἴπως ὠσάμενοι ἕλοιεν τὸ τείχισμα. πάντων δὲ φανερώτατος ὁ Βρασίδας ἐγένετο. τριηραρχῶν γὰρ, καὶ ὁρῶν, τοῦ χωρίου χαλεποῦ ὄντος, τοὺς τριηράρχους καὶ κυβερνήτας, εἴπου καὶ δοκοίη δυνατὸν εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦντας, καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ξυντρίψωσιν, ἐβόα, λέγων ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη ξύλων φειδομένους, τοὺς πολεμίους ἐν τῇ χώρᾳ περιϊδεῖν τεῖχος πεποιημένους· ἀλλὰ τάς τε σφετέρας ναῦς, βιαζομένους τὴν ἀπόβασιν, καταγνύναι ἐκέλευε, καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἀποκνῆσαι ἀντὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν τὰς ναῦς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ παρόντι ἐπιδοῦναι. ὀκείλαντας δὲ, καὶ παντὶ τρόπῳ ἀποβάντας, τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τοῦ χωρίου κρατῆσαι.

ιβ'. Καὶ ὁ μὲν τούς τε ἄλλους τοιαῦτα ἐπέσπερχε, καὶ τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας ὀκεῖλαι τὴν ναῦν, ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν. καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν, ἀνεκόπη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων· καὶ τραυματισθεὶς πολλὰ, ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν, ἡ ἀσπὶς περιεῤῥύη εἰς τὴν θάλασσαν. καὶ ἐξενεχθείσης αὐτῆς ἐς τὴν γῆν, οἱ Ἀθηναῖοι ἀνελόμενοι, ὕστερον πρὸς τὸ τροπαῖον ἐχρήσαντο, ὃ ἔστησαν τῆς προσβολῆς ταύτης. οἱ δ' ἄλλοι προὐθυμοῦντο μὲν, ἀδύνατοι δ' ἦσαν ἀποβῆναι, τῶν τε χωρίων χαλεπότητι, καὶ τῶν Ἀθηναίων μενόντων, καὶ οὐδὲν ὑποχωρούντων. ἐς τοῦτό τε περιέστη ἡ τύχη ὥστε Ἀθηναίους μὲν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Λακωνικῆς ἀμύνεσθαι ἐκείνους ἐπιπλέοντας, Λακεδαιμονίους δὲ, ἐκ νεῶν τε καὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν πολεμίαν οὖσαν ἐπ' Ἀθηναίους ἀποβαίνειν. ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης ἐν τῷ τότε, τοῖς μὲν, ἠ-

12: Atque ipse quidem his verbis alios instigabat, et cum suum gubernatorem navem *in littus* impingere coëgisset, ad navis pontem perrexit. et descendere conatus, ab Atheniensibus est rejectus; multisque vulneribus sauciatus, animi deliquium passus est, eoque collapso in illud spatium, quod est inter ipsos remiges et proram, clypeus ejus in mare decidit. cum autem in terram delatus fuisset, Athenienses eum susceperunt, et postea in trophaco sunt usi, quod propter victoriam ex hac *hostium* oppugnatione partam erexerunt. Caeteri vero magna quidem animi alacritate exscendere conabantur: sed non poterant, cum propter locorum difficultatem, tum etiam propter Atheniensium praesentiam, qui hostium impressionem sustinebant, neque loco cedebant. Tunc autem tanta fortunae commutatio facta est, ut Athenienses quidem, ex terra, eaque Laconica, Lacedaemonios navibus infestis contra se venientes, propulsarent; Lacedaemonii vero, ex navibus, et in suum agrum, tunc hostilem, contra Athenienses descendere conarentur. Ingens enim gloriae accessio eo tempore facta est, his quidem, quod maxi-

me mediterranei, pedeſtribus proeliis praeſtantiſſimi viſi fuiſſent; illis vero, quod maritimi eſſe rerumque nauticarum peritia longe praeſtare viſi fuiſſent.

13. Hoc igitur die, et ſequentis parte, cum *Lacedaemonii* aliquoties hoſtis munitionem adorti fuiſſent, ejus oppugnandae finem fecerunt. Tertio die naves aliquot Aſinam dimiſerunt, ad comparandam materiam ad machinas faciendas; quod eam muri partem, quae portum ſpectabat, et quae alta quidem erat, ſed tamen praecipue locum exſcenſioni in terram faciendae opportunum habebat, machinis a ſe captum iri ſperarent. Interea vero quadraginta Athenienſium naves ex Zacyntho advenerunt. nam acceſſerant illis auxilio aliquot praeſidiariae, quae Naupacti erant, et quatuor Chiae. Sed cum *Athenienſes* vidiſſent et ipſam continentem, et inſulam militibus armatis refertam, et naves, quae in portu erant, non prodire, ambigentes quonam appellerent; tunc quidem ad Proten inſulam, quae non multum diſtabat, et deſerta erat, contenderunt, ibique caſtris poſitis pernoctarunt. Poſtero die, ut ad navale proelium inſtructi, in al-

πειρώταις μάλιστα εἶναι, καὶ τὰ πεζὰ κρατίστοις, τοῖς δὲ, θαλασσίοις τε, καὶ ταῖς ναυσὶ πλεῖστον προέχειν.

ιγ'. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τῆς ὑστεραίας μέρος τὶ προσβολὰς ποιησάμενοι, ἐπέπαυντο. καὶ τῇ τρίτῃ ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς παρέπεμψαν τῶν νεῶν τινας ἐς Ἀσίνην, ἐλπίζοντες τὸ κατὰ τὸν λιμένα τεῖχος ὕψος μὲν ἔχειν, ἀποβάσεως δὲ μάλιστα οὔσης, ἑλεῖν μηχαναῖς. ἐν τούτῳ δὲ αἱ ἐκ τῆς Ζακύνθου νῆες τῶν Ἀθηναίων παραγίγνονται τεσσαράκοντα. προσεβοήθησαν γὰρ τῶν τε φρουρίδων τινὲς αὐτοῖς τῶν ἐκ Ναυπάκτου, καὶ Χῖαι τέσσαρες. ὡς δὲ εἶδον τήν τε ἤπειρον ὁπλιτῶν περίπλεων, τήν τε νῆσον, ἔν τε τῷ λιμένι οὔσας τὰς ναῦς, καὶ οὐκ ἐκπλεούσας, ἀπορήσαντες ὅπη καθορμίσωνται, τότε μὲν ἐς Πρώτην τὴν νῆσον, ἣ οὐ πολὺ ἀπέχει, ἔρημος οὖσα, ἔπλευσαν, καὶ ηὐλίσαντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ παρασκευασάμενοι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ἀνή-

γοντο, ἢν μὲν ἀντεκπλεῖν ἐθέλωσι σφίσιν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· εἰ δὲ μή, ὡς αὐτοὶ ἐπεσπλευσούμενοι. καὶ οἱ μὲν οὔτε ἀντανήγοντο, οὔτε ἃ διενοήθησαν, φράξαι τοὺς ἔσπλους, ἔτυχον ποιήσαντες· ἡσυχάζοντες δ' ἐν τῇ γῇ, τάς τε ναῦς ἐπλήρουν, καὶ παρεσκευάζοντο, ἢν ἐσπλέῃ τις, ὡς ἐν τῷ λιμένι ὄντι οὐ σμικρῷ ναυμαχήσοντες.

ιδʹ. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι γνόντες, καθ' ἑκάτερον τὸν ἔσπλουν ὥρμησαν ἐπ' αὐτούς. καὶ τὰς μὲν πλείους καὶ μετεώρους ἤδη τῶν νεῶν καὶ ἀντιπρώρους προσπεσόντες ἐς φυγὴν κατέστησαν, καὶ ἐπιδιώκοντες, ὡς διὰ βραχέος, ἔτρωσαν μὲν πολλάς, πέντε δ' ἔλαβον, καὶ μίαν τούτων αὐτοῖς ἀνδράσι· ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐν τῇ γῇ καταπεφευγυίαις ἐνέβαλλον. αἱ δέ, καὶ πληρούμεναι ἔτι, πρὶν ἀνάγεσθαι, ἐκόπτοντο. καί τινας καὶ ἀναδούμενοι, κενὰς εἷλκον, τῶν ἀνδρῶν ἐς φυγὴν ὡρμημένων. ἃ ὁρῶντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ περιαλγοῦντες τῷ πάθει, ὅτι περ

tum vela fecerunt, *ut pugnarent*, si contra se in apertum mare venire voluissent: sin minus, ut ipsi *in portum* ingrederentur. Illi vero nec obviam ipsis in altum processerunt, neque, quemadmodum constituerant, portus ostia obstruxerunt: sed in terra se continentes, naves complebant, seque ad navale proelium in portu non parvo committendum parabant, siquis ingredi voluisset.

14. Athenienses vero hac re cognita ab utroque portus ostio impressionem in ipsos fecerunt; et invecti in complures ipsorum naves a terra jam remotas; et adversis proris venientes, in fugam verterunt; et insequuti, quod breve spatium inter eos esset, multas quidem fregerunt, quinque vero ceperunt, et harum unam cum ipsis viris: in caeteras vero, quae ad terram confugerant, impressionem fecerunt. aliae vero, dum adhuc instruerentur, antequam in altum proveherentur, *ab Atheniensibus* lacerabantur. Nonnullas etiam, ex quibus homines aufugerant, *suis navibus* alligarunt, et vacuas traxerunt. Quae conspicientes Lacedaemonii, et cladem istam aegerrime ferentes, quod

ipſorum cives *ab hoſtibus* in inſula interciperentur, ad opem illis ferendam veniebant. et armati in mare ingredientes, ſuas naves manibus apprehendebant, et ad ſe retrahebant. Et in eo unusquisque exiſtimabat, res impeditas fuiſſe, quibus gerendis et ipſe non interfuiſſet, et ingens tumultus, et ab utrorumque moribus diverſus circa naves exſtitit. Nam et Lacedaemonii prae ſtudio et formidine nihil aliud (ut ita loquar) quam navale proelium e terra faciebant. Et Athenienſes, qui victores erant, et qui praeſenti *victoriae* fortuna quam longiſſime progredi volebant, ex navibus pedeſtrem pugnam committebant. cum autem multo labore ſe ipſos mutuo fatigaſſent, et multa vulnera ultro citroque intuliſſent et accepiſſent, diremti ſunt, et Lacedaemonii naves inanes, illis exceptis, quae initio captae fuerant, ſervarunt. Cum autem utrique in ſua caſtra ſe recepiſſent, illi quidem tropaeum erexerunt, et caeſorum cadavera reſtituerunt, naviumque fractarum tabulis ſunt potiti; inſulamque protinus claſſe circumire coeperunt, eamque cuſtodiebant, quod viri in ea inter-

αὐτῶν οἱ ἄνδρες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ, παρεβοήθουν· καὶ ἐπεσβαίνοντες ἐς τὴν θάλασσαν ξὺν τοῖς ὅπλοις ἀνθεῖλκον, ἀντιλαμβανόμενοι τῶν νεῶν. καὶ ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν. ἐγένετό τε ὁ θόρυβος μέγας, καὶ ἀντηλλαγμένος τοῦ ἑκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς. οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως, ὡς εἰπεῖν, ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν. οἵ τε Ἀθηναῖοι, κρατοῦντες, καὶ βουλόμενοι τῇ παρούσῃ τύχῃ ὡς ἐπιπλεῖστον ἐπεξελθεῖν, ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχουν. πολύν τε πόνον παρασχόντες ἀλλήλοις, καὶ τραυματίσαντες, διεκρίθησαν. καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς κενὰς ναῦς, πλὴν τῶν τοπρῶτον ληφθεισῶν, διέσωσαν. καταστάντες δὲ ἑκάτεροι ἐς τὸ στρατόπεδον, οἱ μὲν τροπαῖόν τε ἔστησαν, καὶ νεκροὺς ἀπέδοσαν, καὶ ναυαγίων ἐκράτησαν· καὶ τὴν νῆσον εὐθὺς περιέπλεον, καὶ ἐν φυλακῇ εἶχον, ὡς τῶν ἀνδρῶν ἀπειλημμέ-

νων. οἱ δ' ἐν τῇ ἠπείρῳ Πελοποννήσιοι, καὶ ἀπὸ πάντων ἤδη βεβοηθηκότες, ἔμενον κατὰ χώραν ἐπὶ τῇ Πύλῳ.

ιε΄. Ἐς δὲ τὴν Σπάρτην ὡς ἠγγέλθη τὰ γεγενημένα περὶ Πύλον, ἔδοξεν αὐτοῖς ὡς ἐπὶ ξυμφορᾷ μεγάλῃ, τὰ τέλη καταβάντας ἐς τὸ στρατόπεδον, βουλεύειν πρὸς τὸ χρῆμα ὁρῶντας, ὅ,τι ἂν δοκῇ. καὶ ὡς εἶδον ἀδύνατον ὂν τιμωρεῖν τοῖς ἀνδράσι, καὶ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο, ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν αὐτοὺς, ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας, ἢ κρατηθέντας, ἔδοξεν αὐτοῖς πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων, ἢν ἐθέλωσι, σπονδὰς ποιησαμένους τὰ περὶ Πύλον, ἀποστεῖλαι ἐς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις περὶ ξυμβάσεως, καὶ τοὺς ἄνδρας ὡστάχιστα πειρᾶσθαι κομίσασθαι.

ις΄. Δεξαμένων δὲ τῶν στρατηγῶν τὸν λόγον, ἐγίγνοντο σπονδαὶ τοιαίδε. ‘ Λακεδαιμονίους μὲν τὰς ναῦς, ἐν αἷς ἐναυμάχησαν, καὶ τὰς ἐν τῇ Λακωνικῇ πάσας,

cepti essent. Peloponnesii vero, qui in continente erant, et qui ex omnibus *regionibus* ad opem *suis* ferendam jam convenerant, castris ad Pylum positis se in suo loco continebant.

15. Cum autem rerum ad Pylum gestarum nuntius Spartam allatus fuisset, placuit ipsis *Lacedaemoniis*, quippe quod respublica magnam cladem accepisset, ut summi magistratus in castra se conferrent; et, rebus inspectis, pro tempore constituerent, quicquid agendum videretur. Illis vero, cum animadvertissent nulla ratione suis succurri posse, nec in discrimen illos adducere vellent, ne vel fame premerentur, vel multitudine opprimerentur, vel in eorum potestatem redigerentur, placuit, induciis factis cum Atheniensium ducibus (si vellent) de rebus ad Pylum spectantibus, legatos Athenas de compositione acturos mittere, et operam dare, ut suos cives primo quoque tempore reciperent.

16. Cum autem *Atheniensium* duces conditionem *ab illis oblatam* accepissent, has inducias fecerunt. ‘ Ut Lacedaemonii qui-‘ dem naves, in quibus pugnaverant, om-

' nesque, quotquot in ora Laconica longae ' erant, Pylum delatas Atheniensibus tra- ' derent, nec arma munitionibus inferrent, ' neque a terra, neque a mari. Athenien- ' ses vero permitterent Lacedaemoniis, qui ' in continente erant, ut suis civibus in in- ' sula interceptis afferrent frumentum prae- ' scriptum, ac molitum; binas videlicet fa- ' rinae choenicas Atticas, totidem vini co- ' tylas, et carnis frustum, viritim. servis ' vero, dimidium horum. utque haec ipsa ' *in insulam* Atheniensibus inspectantibus ' mitterent, neve navigium ullum furtim ' illuc ingrederetur. Interea Athenienses ' insulam nihilo minus custodirent, ita ta- ' men ut in eam non descenderent; nec Pe- ' loponnesiorum copiis vel terra vel mari ' arma inferrent. Quicquid autem horum ' vel tantillum alterutri transgrederentur, ' tunc induciae ruptae censerentur. hae ' autem ratae essent, donec Lacedaemoni- ' orum legati rediissent. Athenienses au- ' tem eos *Athenas* portarent, et *inde* re-

‘ ὅσαι ἦσαν μακραὶ. παραδοῦναι κομίσαν-
‘ τας ἐς Πύλον Ἀθηναίοις, καὶ ὅπλα μὴ
‘ ἐπιφέρειν τῷ τειχίσματι, μήτε κατὰ
‘ γῆν, μήτε κατὰ θάλασσαν· Ἀθηναίους
‘ δὲ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ ἀνδράσι σῖτον ἐᾷν
‘ τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ Λακεδαιμονίους ἐκπέμ-
‘ πειν τακτὸν, καὶ μεμαγμένον, δύο χοί-
‘ νικας ἑκάστῳ Ἀττικὰς ἀλφίτων, καὶ δύο
‘ κοτύλας οἴνου, καὶ κρέας. θεράποντι δὲ,
‘ τούτων ἡμίσεα· ταῦτα δὲ, ὁρώντων τῶν
‘ Ἀθηναίων ἐσπέμπειν· καὶ πλοῖον μηδὲν
‘ ἐσπλεῖν λάθρα. φυλάσσειν δὲ καὶ τὴν νῆ-
‘ σον Ἀθηναίους μηδὲν ἧσσον, ὅσα μὴ ἀ-
‘ ποβαίνοντας· καὶ ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν τῷ
‘ Πελοποννησίων στρατῷ, μήτε κατὰ γῆν,
‘ μήτε κατὰ θάλασσαν. ὅ, τι δ' ἂν τού-
‘ των παραβαίνωσιν ἑκάτεροι καὶ ὁτιοῦν, τό-
‘ τε λελύσθαι τὰς σπονδάς. ἐσπεῖσθαι δὲ
‘ αὐτὰς μέχρις οὗ ἐπανέλθωσιν οἱ ἐκ τῶν
‘ Ἀθηνῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις. ἀπο-
‘ στεῖλαι δὲ αὐτοὺς τριήρει Ἀθηναίους, καὶ

‛ πάλιν κομίσαι. ἐλθόντων δὲ, τάς τε ‛ σπονδὰς λελύσθαι ταύτας, καὶ τὰς ναῦς ‛ ἀποδοῦναι Ἀθηναίους ὁμοίας οἵασπερ ἂν ‛ παραλάβωσιν.’ Αἱ μὲν σπονδαὶ ἐπὶ τούτοις ἐγένοντο, καὶ αἱ νῆες παρεδόθησαν, οὖσαι περὶ ἑξήκοντα, καὶ οἱ πρέσβεις ἀπεστάλησαν· ἀφικόμενοι δὲ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεξαν τοιάδε.

ιζ΄. ‛ ΕΠΕΜΨΑΝ ἡμᾶς Λακε‛ δαιμόνιοι, ὦ Ἀθηναῖοι, περὶ τῶν ἐν τῇ ‛ νήσῳ ἀνδρῶν πράξοντας ὅ, τι ἂν ὑμῖν τε ‛ ὠφέλιμον ὂν τὸ αὐτὸ πείθωμεν, καὶ ἡμῖν ‛ ἐς τὴν ξυμφορὰν, ὡς ἐκ τῶν παρόντων, ‛ κόσμον μάλιστα μέλλῃ οἴσειν. τοὺς δὲ ‛ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μη‛ κυνοῦμεν, ἀλλ’ ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν ‛ βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, ‛ πλείοσι δὲ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκον‛ τάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον ‛ πράσσειν. λάβετε δὲ αὐτοὺς μὴ πολε‛ μίως, μηδ’ ὡς ἀξύνετοι διδασκόμενοι, ὑπο-

'portarent. Illis vero reverſis hae induciae 'irritae eſſent, utque Athenienſes *Lace*'*daemoniis* naves ejusmodi reſtituerent, cu'jusmodi accepiſſent.' His igitur conditionibus induciae factae, navesque circiter ſexaginta traditae, legatique miſſi fuerunt. Hi autem, cum Athenas perveniſſent, haec verba fecerunt.

17. 'LACEDAEMONII nos huc miſe'runt, Athenienſes, ad transigendum de vi'ris illis, qui ſunt in inſula, et ad perſua'dendum, quicquid et vobis utile eſt futu'rum, et nobis idem in hoc calamitoſo caſu, 'ut in praeſenti rerum ſtatu, decus maxime 'eſt allaturum. Neque vero longiorem o'rationem praeter *noſtram* conſuetudinem 'habebimus: ſed quia patrium nobis eſt in'ſtitutum, ubi pauca verba ſufficiunt, non 'uti multis, rurſus vero pluribus uti, quo'ties tempus poſtulat, ut verbis doceamus 'aliquid eorum, quae operae pretium eſt 'facere. Haec autem non hoſtili animo ac'cipite; neque quaſi rerum ignaros vos do-

'ceri, ſed quaſi gnaros admoneri, ut recte 'conſultetis, exiſtimate. Vobis enim prae'ſentem proſperitatem praeclare admini'ſtrare licet, cum penes vos habeatis, quae 'tenetis, et honorem et gloriam praeterea 'ſitis conſequuturi; nec admittere, quod 'accidere ſolet hominibus, qui praeter con'ſuetudinem aliquid boni ſunt adepti. ſem'per enim ſpe elati majora appetunt, quod 'et in praeſentia praeter opinionem res ip'ſis feliciter ceſſerit. At quibus crebrae al'ternantis fortunae viciſſitudines contige'runt, eos ſecundis rerum ſucceſſibus mini'me confidere aequum eſt. Id, quod prae'cipue et veſtrae civitati, propter experien'tiam, et noſtrae merito adeſſe debet.

18. 'Hoc autem cognoſcatis, noſtros ca'ſus jam intuentes. qui quum ſimus ſum'mae apud Graecos dignitatis, tamen ad 'vos venimus, nos, qui prius (ut exiſtima'mus) plus poteſtatis *ac juris* habebamus '*aliis* concedendi ea, quorum cauſa nunc '*huc* profecti vos rogamus. neque tamen, 'vel quod defuerit nobis potentia, vel quod

'μνησιν δὲ τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι πρὸς 'εἰδότας ἡγησάμενοι. ὑμῖν γὰρ εὐτυχίαν 'τὴν παροῦσαν ἔξεστι καλῶς θέσθαι, ἔχου- 'σι μὲν ὧν κρατεῖτε, προσλαβοῦσι δὲ τι- 'μὴν καὶ δόξαν. καὶ μὴ παθεῖν ὅπερ οἱ ἀ- 'ήθως τι ἀγαθὸν λαμβάνοντες τῶν ἀνθρώ- 'πων· ἀεὶ γὰρ τοῦ πλέονος ἐλπίδι ὀρέ- 'γονται, διὰ τὸ καὶ τὰ παρόντα ἀδοκήτως 'εὐτυχῆσαι. οἷς δὲ πλεῖσται μεταβολαὶ 'ἐπ' ἀμφότερα ξυμβεβήκασι, δίκαιοί εἰσι 'καὶ ἀπιστότατοι εἶναι ταῖς εὐπραγίαις. 'ὃ τῇ τε ὑμετέρᾳ πόλει, δι' ἐμπειρί- 'αν, καὶ ἡμῖν μάλιστ' ἂν ἐκ τοῦ εἰκότος 'προσείη.

ιη'. 'Γνῶτε δὲ καὶ ἐς τὰς ἡμετέρας 'νῦν ξυμφορὰς ἀπιδόντες. οἵτινες ἀξίωμα 'μέγιστον τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες ἥκομεν 'παρ' ὑμᾶς, πρότερον αὐτοὶ κυριώτεροι 'νομίζοντες εἶναι δοῦναι ἐφ' ἃ νῦν ἀφιγ- 'μένοι ὑμᾶς αἰτούμεθα. καίτοι οὔτε δυ- 'νάμεως ἐνδείᾳ ἐπάθομεν αὐτὸ, οὔτε μεί-

‘ ζονος προσγενομένης ὑβρίσαντες, ἀπὸ δὲ
‘ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων γνώμῃ σφαλέντες,
‘ ἐν ᾧ πᾶσι τὸ αὐτὸ ὁμοίως ὑπάρχει.
‘ ὥστε οὐκ εἰκὸς ὑμᾶς διὰ τὴν παροῦσαν νῦν
‘ ῥώμην πόλεώς τε καὶ τῶν προσγεγενημέ-
‘ νων, καὶ τὸ τῆς τύχης οἴεσθαι ἀεὶ μεθ’
‘ ὑμῶν ἔσεσθαι. σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες
‘ τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο,
‘ καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώ-
‘ τερον ἂν προσφέροιντο, τόν τε πόλεμον
‘ νομίσωσι μὴ καθ’ ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέ-
‘ ρος βούληται μεταχειρίζειν, τούτῳ ξυ-
‘ νεῖναι, ἀλλ’ ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡ-
‘ γήσωνται. καὶ ἐλάχιστ’ ἂν οἱ τοιοῦτοι
‘ πταίοντες, διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐ-
‘ τοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυ-
‘ χεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο. ὃ νῦν ὑ-
‘ μῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καλῶς ἔχει πρὸς ἡ-
‘ μᾶς πρᾶξαι. καὶ μήποτε ὕστερον, ἢν
‘ ἄρα μὴ πειθόμενοι σφαλῆτε, (ἃ πολλὰ
‘ ἐνδέχεται) νομισθῆναι τύχῃ καὶ τὰ

'ob ejus incrementum insolentes facti si-
'mus, haec nobis acciderunt: sed cum pri-
'stinam potentiam obtineremus, opinione
'tamen decepti fuimus, qua in re omnibus
'idem pariter contingere potest. Quare
'non oportet vos nunc praesentibus civita-
'tis vestrae viribus, et aliarum rerum ac-
'cessione fretos, opinari fortunam etiam
'vobiscum perpetuo futuram. Illi autem
'viri sapientes, qui tuto res secundas in am-
'biguo ponunt, et adversas iidem sapienti-
'us ferre possunt; et existimant, bellum
'non sequi eam partem, quam quis tracta-
're velit; sed eam, ad quam ipsa fortuna
'eum ducere voluerit. Et hujusmodi ho-
'mines minimum labantur, et de summa
'fortuna deturbentur, quod ipsius *belli* suc-
'cessibus freti non efferantur. Quod si
'nunc, Athenienses, erga nos feceritis, prae-
'clare vobiscum agetur. Et *cavebitis*, ne
'forte posthac, si vos a nobis non exorati
'cladem aliquam acceperitis, (id, quod, ut
'alia multa, contingere potest) vel istos re-
'rum progressus fortunae favore consequu-

'ti esse existimemini: cum liceat vobis non
'periculosam; *at certam* potentiae atque
'prudentiae opinionem posteris relinquere.'

19. 'Lacedaemonii enim vos ad foedera, et ad bellum finiendum provocant, offerentes pacem, societatem, aliamque magnam amicitiam et necessitudinem mutuo futuram, et *pro his* poscentes viros, qui sunt in insula; et utrisque satius fore ducentes, belli fortunam non periclitari; sive illi per vim effugiant, oblata aliqua salutis occasione, sive etiam potius expugnati capiantur. Graves enim inimicitias ita demum omnino dissolvi putamus, non si quis bellum illatum propulsans, et in eo longe superior *hostem* per vim ad jusjurandum adigens, compositionem iniquis conditionibus cum eo faciat: sed si, cum ipsi liceat hoc ipsum facere *et vi uti*, quamvis ipse victoriam virtute praeter suam exspectationem sit adeptus, tamen animi aequitate adductus, moderatis conditionibus *cum hoste* reconcilietur. Cum enim adversarius, *propter beneficium* jam *acceptum*,



νῦν προχωρήσαντα κρατῆσαι. ἐξὸν ἀκίνδυνον δόκησιν ἰσχύος καὶ ξυνέσεως ἐς τὸ ἔπειτα καταλιπεῖν.

ιθ'. ‘ Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν, καὶ ἄλλην φιλίαν πολλὴν καὶ οἰκειότητα ἐς ἀλλήλους ὑπάρχειν, ἀνταιτοῦντες δὲ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας· καὶ ἄμεινον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις μὴ διακινδυνεύεσθαι, εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν, παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας, εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες, μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν. νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιστ᾽ ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, οὐκ ἢν ἀνταμυνόμενός τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τοῦ πολέμου, κατ᾽ ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῇ· ἀλλ᾽ ἢν παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ἐπιεικὲς, καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, μετρίως ξυναλλαγῇ. ὀφείλων

‘ γὰρ ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνεσθαι ὡς
‘ βιασθεὶς, ἀλλ' ἀνταποδοῦναι ἀρετὴν, ἑ-
‘ τοιμότερός ἐστιν αἰσχύνῃ ἐμμένειν οἷς ξυνέ-
‘ θετο. καὶ μᾶλλον πρὸς τοὺς μειζόνως ἐχ-
‘ θροὺς τοῦτο δρῶσιν οἱ ἄνθρωποι ἢ πρὸς
‘ τοὺς τὰ μέτρια διενεχθέντας· πεφύκασί
‘ τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι
‘ μεθ' ἡδονῆς; πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ
‘ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν.

κ'. ‘ Ἡμῖν δὲ καλῶς, εἴπερ ποτὲ, ἔ-
‘ χει ἀμφοτέροις ἡ ξυναλλαγὴ, πρίν τι
‘ ἀνήκεστον διὰ μέσου γενόμενον ἡμᾶς κατα-
‘ λαβεῖν, ἐν ᾧ ἀνάγκη αἴδιον ὑμῖν ἔχθραν
‘ πρὸς τῇ κοινῇ καὶ ἰδίαν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ
‘ στερηθῆναι ὧν νῦν προκαλούμεθα. ἔτι
‘ δ' ὄντων ἀκρίτων, καὶ ὑμῖν μὲν δόξης καὶ
‘ ἡμετέρας φιλίας προσγιγνομένης, ἡμῖν
‘ δὲ πρὸ αἰσχροῦ τινος, ξυμφορᾶς μετρίως
‘ κατατιθεμένης, διαλλαγῶμεν· καὶ αὐτοί
‘ τε ἀντὶ πολέμου εἰρήνην ἑλώμεθα, καὶ
‘ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀνάπαυσιν κακῶν

'non debeat ulcisci, quasi vim passus fue-'rit, sed gratiam *ei* referre; prae pudore 'ad standum conventis promtior est, *quam 'ille, qui aliquid necessitate compulsus fece-'rit*. Homines autem hoc agunt erga ma-'jores hostes potius, quam erga mediocres 'inimicos. natura enim ita comparatum ha-'bent, ut iis, qui sponte sua *de inimicitiis* 'remiserint, libenter et ipsi vicissim cedant: 'illis vero, qui sunt superbi, vel praeter ho-'minum opinionem cum periculo resistant.

20. 'Nobis vero utrisque, si unquam a-'lias, nunc profecto gratiae reconciliatio est 'peropportuna, priusquam gravissimum a-'liquod malum interea nos opprimat, cujus 'causa necesse erit nos *quidem* praeter pu-'blicas, privatas etiam inimicitias, easque 'sempiternas vobiscum gerere: vos vero 'rebus privari, ad quas nunc vos provoca-'mus. Quare dum belli eventus adhuc est 'anceps, vos quidem, cum gloriae, nostrae-'que amicitiae accessione; nos vero, ante-'quam dedecus aliquod nobis accidat, cum 'mediocri jactura, in gratiam redeamus. Et 'cum ipsi bello pacem anteponamus, tum 'etiam caeteris Graecis malorum requiem

'demus, qui hujus quoque rei vos praeci-
'puos autores exiſtimabunt. Bello enim
'vexantur, neſcientes utri noſtrum belli
'fuerint autores. ſed ſi bello depoſito gra-
'tiae reconciliatio fiat (cujus nunc penes
'vos major eſt poteſtas) hoc beneficium vo-
'bis acceptum referent. Et ſi *rem* perſpici-
'atis, facultas vobis adeſt Lacedaemonios
'firmos vobis amicos efficiendi, cum et ipſi
'ad hoc *vos* provocarint, et *vos* ipſis grati-
'ficaturi potius, quam *ipſos* per vim com-
'pulſuri ſitis. Hac autem in re quot bona
'ineſſe credibile ſit, conſiderate. Nobis e-
'nim vobisque eadem dicentibus, ſcitis cae-
'teros Graecos, quod ſint inferiores, maxi-
'mum honorem habituros.'

21. Haec igitur Lacedaemonii dixerunt, exiſtimantes, Athenienſes ſuperiore tempore foederum quidem cupidos fuiſſe; ſed ſe reſiſtentibus impeditos fuiſſe: oblatam vero pacem libenter accepturos, virosque *ſibi* reddituros. Illi vero, quod viros in inſula tenerent interceptos, exiſtimabant, ſibi jam in promtu eſſe foedera cum ipſis facere,

' ποιήσωμεν· οἳ καὶ ἐν τούτῳ ὑμᾶς αἰτιω-
' τέρους ἡγήσονται. πολεμοῦνται γὰρ ἀ-
' σαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων· καταλύσε-
' ως δὲ γενομένης (ἧς νῦν ἡμεῖς τοπλέον
' κύριοί ἐστε) τὴν χάριν ὑμῖν προσθήσου-
' σιν. ἤν τε γνῶτε, Λακεδαιμονίοις ἔξεστιν
' ὑμῖν φίλους γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε
' προκαλεσαμένων, χαρισαμένοις τε μᾶλ-
' λον ἢ βιασαμένοις. καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἐνόν-
' τα ἀγαθὰ σκοπεῖτε ὅσα εἰκὸς εἶναι. ἡ-
' μῶν γὰρ καὶ ὑμῶν ταυτὰ λεγόντων, τό-
' γε ἄλλο Ἑλληνικὸν ἴστε ὅτι ὑποδεέστερον
' ὂν τὰ μέγιστα τιμήσει.'

κα'. Οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τοσαῦτα εἶπον, νομίζοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ σπονδῶν μὲν ἐπιθυμεῖν, σφῶν δὲ ἐναντιουμένων, κωλύεσθαι. διδομένης δὲ εἰρήνης, δέξεσθαί τε ἀσμένως, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀποδώσειν. οἱ δὲ, τὰς μὲν σπονδὰς, ἔχοντες τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ νήσῳ, ἤδη σφίσιν ἐνόμιζον ἑτοίμους εἶναι ὁπόταν βούλωνται ποι-

εἶσθαι πρὸς αὐτοὺς, τοῦ δὲ πλέονος ὠρέγοντο. μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐνῆγε Κλέων ὁ Κλεαινέτου, ἀνὴρ δημαγωγὸς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὢν, καὶ τῷ πλήθει πιθανώτατος· καὶ ἔπεισεν ἀποκρίνασθαι ὡς χρὴ τὰ μὲν ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς τοὺς ἐν τῇ νήσῳ παραδόντας πρῶτον, κομισθῆναι Ἀθήναζε· ἐλθόντων δὲ, ἀποδόντας Λακεδαιμονίους Νίσαιαν, καὶ Πηγὰς, καὶ Τροιζῆνα, καὶ Ἀχαΐαν (ἃ οὐ πολέμῳ ἔλαβον, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προτέρας ξυμβάσεως, Ἀθηναίων ξυγχωρησάντων κατὰ ξυμφορὰς, καὶ ἐν τῷ τότε δεομένων τι μᾶλλον σπονδῶν) κομίσασθαι τοὺς ἄνδρας, καὶ σπονδὰς ποιήσασθαι ὁπόσον ἂν δοκῇ χρόνον ἀμφοτέροις.

κβ'. Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόκρισιν οὐδὲν ἀντεῖπον, ξυνέδρους δὲ σφίσιν ἐκέλευον ἑλέσθαι, οἵτινες λέγοντες καὶ ἀκούοντες περὶ ἑκάστου, ξυμβήσονται κατὰ ἡσυχίαν ὅ, τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους. Κλέων δὲ ἐνταῦθα δὴ πολὺς ἐνέκειτο, λέγων γιγνώσκειν μὲν καὶ

quotiescunque vellent: ſed majora affectabant. Illos autem maxime inſtigabat Cleon Cleaeneti filius, qui tunc temporis vir popularis, et in dicendo multitudini acceptiſſimus erat. Hic perſuaſit, ut reſponderent: Oportere primum *quidem*, eos, qui in inſula eſſent, et armis et ſe ipſis traditis, Athenas portari. *Deinde* vero, *illis eo* profectis, ubi Lacedaemonii reddidiſſent Niſaeam, et Pegas, et Troezena, et Achaiam, (quae bello non cepiſſent, ſed ex ſuperiore compoſitione ab Athenienſibus accepiſſent, qui propter clades acceptas, et quod foederibus tunc multo magis indigerent, ipſis ea conceſſiſſent) *ita demum* ſuos cives recipere, et foedera facere quam diuturna utrisque placuiſſet.

22. Lacedaemonii vero ad hoc reſponſum nihil contradixerunt: ſed petierunt, ut ſibi darentur viri delecti, quibuscum rem conferrent, ac diſceptarent; qui dicentes et audientes de ſingulis rebus, pacate convenirent in iis, quae alteri alteris perſuaſiſſent. Tunc vero Cleon vehementer inſtare coe-

pit, dicens ſe vel ante cognoviſſe ipſos nihil aequi, *nihil ſinceri*, in animo habere; et nunc etiam *hoc* manifeſtum eſſe, quippe qui apud multitudinem nihil dicere, ſed cum paucis viris concilium habere vellent. quod ſi quid ſani cogitarent, eos apud univerſos verba facere juſſit. Lacedaemonii vero cernentes neque ſibi fas eſſe apud multitudinem loqui, quamvis propter cladem acceptam, ipſis *poſtulata* concedere placeret, *veriti* ne apud ſocios male audirent, ſi dixiſſent, nec impetraſſent, neque Athenienſes moderate ſe geſturos in iis, ad quae provocarentur, infecto negotio Athenis diſceſſerunt.

23. Adventu eorum induciae de Pylo factae confeſtim ſolutae ſunt: Lacedaemonii vero naves repetebant, quemadmodum convenerat. Sed Athenienſes eas reddere noluerunt, *illis* crimini dantes, quod praeter induciarum pacta incurſionem in munitionem feciſſent, aliaque, quae non magni momenti eſſe videbantur. hac ratione nixi, quod in conventis dictum eſſet, ſi vel minima eorum pars violata fuiſſet, inducias rup-

πρότερον ὐδὲν ἐν νῷ ἔχοντας δίκαιον αὐτὺς, σαφὲς δ᾽ εἶναι κ᾽ νῦν· οἵτινες τῷ μὲν πλήθει ὐδὲν ἐθέλυσιν εἰπεῖν, ὀλίγοις δὲ ἀνδράσι ξύνεδροι βύλονται γίγνεσθαι. ἀλλὰ εἴτι ὑγιὲς διανοῦνται, λέγειν ἐκέλευσεν ἅπασιν. ὁρῶντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι οὔτε σφίσιν οἷόν τε ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν, εἴτε κ᾽ ὑπὸ τῆς ξυμφορᾶς ἐδόκει αὐτοῖς ξυγχωρεῖν, μὴ ἐς τὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν, εἰπόντες, κ᾽ ὐ τυχόντες, ὔτε τὺς Αθηναίυς ἐπὶ μετρίοις ποιήσοντας ἃ πρῦκαλῦντο, ἀνεχώρησαν ἐκ τῶν Αθηνῶν ἄπρακτοι.

κγ΄. Αφικομένων δὲ αὐτῶν διελύοντο εὐθὺς αἱ σπονδαὶ αἱ περὶ Πύλον· κ᾽ τὰς ναῦς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀπήτουν, καθάπερ ξυνέκειτο· οἱ δ᾽ Αθηναῖοι, ἐγκλήματα ἔχοντες, ἐπιδρομήν τε τῷ τειχίσματι παράσπονδον, κ᾽ ἄλλα ὐκ ἀξιόλογα δοκῦντα εἶναι, ὐκ ἀπεδίδοσαν· ἰχυριζόμενοι ὅτι δὴ εἴρητο, ἐὰν κ᾽ ὁτιῦν παραβαθῇ, λελύσθαι

τὰς σπονδάς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀντέλεγόν τε, καὶ ἀδίκημα ἐπικαλέσαντες τὸ τῶν νεῶν, ἀπελθόντες, ἐς πόλεμον καθίσαντο. καὶ τὰ περὶ Πύλον ὑπ' ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο· Αθηναῖοι μὲν δυοῖν νεοῖν ἐναντίαιν ἀεὶ τὴν νῆσον περιπλέοντες τῆς ἡμέρας, τῆς δὲ νυκτὸς καὶ ἅπασαι περιώρμουν, πλὴν τὰ πρὸς τὸ πέλαγος, ὁπότε ἄνεμος εἴη· (καὶ ἐκ τῶν Αθηνῶν αὐτοῖς εἴκοσι νῆες ἀφίκοντο ἐς τὴν Φυλακήν: ὥστε αἱ πᾶσαι, ἑβδομήκοντα ἐγένοντο) Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι, καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει, σκοποῦντες καιρὸν, εἴτις παραπέσοι, ὥστε τοὺς ἄνδρας σῶσαι.

κδ'. Εν τούτῳ δὲ οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ Συρακούσιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, πρὸς ταῖς ἐν Μεσσήνῃ φρουρούσαις ναυσὶ, τὸ ἄλλο ναυτικὸν, ὃ παρεσκευάζοντο, προσκομίσαντες, τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο ἐκ τῆς Μεσσήνης. καὶ μάλιστα ἐνῆγον οἱ Λοκροὶ, τῶν Ῥηγί-

tas fore. Lacedaemonii vero contradicebant; et accusabant, quod praeter jus naves retinerent; atque digressi, bellum *denuo* gerere coeperunt: (bellumque totis viribus ab utrisque ad Pylum administrabatur:) Athenienses quidem, binis navibus adversis insulam interdiu semper circumeuntes, noctu vero omnibus etiam *navibus* manentibus in statione circumcirca, *in caeteris partibus*; excepta illa, quae pelagus spectabat, *idque* quoties ventus spirabat: (et viginti *aliae* naves ad ipsos Athenis ad *insulae* custodiam venerunt, ita ut universae numero essent septuaginta) Peloponnesii vero, in continente castra habentes, et *Atheniensium* munitionem subinde oppugnantes, *et* observantes occasionem, si qua forte sese ipsis offerret, ut suos cives liberarent.

24. Interea vero Syracusani, eorumque socii, qui in Sicilia erant, praeter naves praesidiarias, quae apud Messanam erant, advecta caetera classe, quam paraverant, bellum e Messana gerebant. Eosque *ad hoc* Locri maxime solicitabant ob odium, quo

Rheginos proſequebantur. Ipſique cum frequentibus copiis, quas ex omni totius populi ordine coëgerant, in illorum agrum irruptionem fecerant. Volebant autem navale proelium experiri, quod naves, quae tunc Athenienſibus aderant, paucas eſſe animadverterent, majore autem illarum parte, et illis, quae venturae erant, inſulam *Sphacteriam* obſideri audirent. Si enim claſſe viciſſent, Rhegium terra marique obſeſſum in ſuam poteſtatem redactum iri, ſuasque res ita demum firmiores fore ſperabant. Cum enim Rhegium Italiae promontorium, et Meſſana, quae eſt in Sicilia, in proximo eſſent, *exiſtimabant ſe* non permiſſuros, ut Athenienſes *ad inſulam* appellerent, fretoque potirentur. Hoc autem fretum eſt mare inter Rhegium et Meſſanam, qua breviſſimo intervallo Sicilia diſtat a continente. atque haec eſt, quae Charybdis appellata fuit, qua Ulyſſes transiſſe fertur. Hoc autem mare propter loci anguſtias, et ingentium marium, Tyrrheni et Siculi concurſum, in ipſum *fretum* irrumpens, et ac-

νων κατὰ ἔχθραν· καὶ αὐτοὶ δὲ ἐσβεβλήκεσαν πανδημεὶ ἐς τὴν γῆν αὐτῶν. καὶ ναυμαχίας ἀποπειρᾶσθαι ἐβούλοντο, ὁρῶντες τοῖς Ἀθηναίοις τὰς μὲν παρούσας ὀλίγας ναῦς, ταῖς δὲ πλείοσι καὶ μελλούσαις ἥξειν πυνθανόμενοι τὴν νῆσον πολιορκεῖσθαι. εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον ἤλπιζον πεζῇ τε καὶ ναυσὶν ἐφορμοῦντες ῥαδίως χειρώσεσθαι, καὶ ἤδη σφῶν ἰσχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι. ξύνεγγυς γὰρ κειμένου τοῦ τε Ῥηγίου ἀκρωτηρίου τῆς Ἰταλίας, τῆς τε Μεσσήνης τῆς Σικελίας, τοῖς Ἀθηναίοις τε οὐκ ἀνεῖναι ἐφορμεῖν, καὶ τοῦ πορθμοῦ κρατεῖν. ἔστι δὲ ὁ πορθμὸς, ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα καὶ Μεσσήνης, ᾗπερ βραχύτατον Σικελία τῆς ἠπείρου ἀπέχει· καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο, ᾗ Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι. διὰ στενότητα δὲ καὶ ἐκ μεγάλων πελαγῶν τοῦ τε Τυρσηνικοῦ καὶ τοῦ Σικελικοῦ, ἐσπίπτουσα ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ, καὶ ῥοώ-

δης οὖσα, εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη.

κέ. Εν τούτῳ οὖν τῷ μεταξὺ οἱ Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ναυσὶν ὀλίγῳ πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἠναγκάσθησαν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ναυμαχῆσαι περὶ πλοίου διαπλέοντος, ἀντεπαναγόμενοι πρός τε Αθηναίων ναῦς ἑκκαίδεκα, καὶ Ῥηγίνας ὀκτώ. καὶ νικηθέντες ὑπὸ τῶν Αθηναίων, διὰ τάχους ἀπέπλευσαν ὡς ἕκαστοι ἔτυχον εἰς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα τότε, ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ μίαν ναῦν ἀπολέσαντες: καὶ νὺξ ἐπεγένετο τῷ ἔργῳ: μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν Λωκροὶ ἀπῆλθον ἐκ τῆς [τῶν] Ῥηγίνων· ἐπὶ δὲ τὴν Πελωρίδα τῆς Μεσσήνης συλλεγεῖσαι αἱ τῶν Συρακουσίων καὶ ξυμμάχων νῆες ὥρμουν, καὶ ὁ πεζὸς αὐτοῖς παρῆν. προσπλεύσαντες δὲ οἱ Αθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι, ὁρῶντες τὰς ναῦς κενὰς, ἐνέβαλον· καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν, τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων. καὶ μετὰ τοῦτο, τῶν Συρακουσίων

ſtuoſum exiſtens, jure ſaevum exiſtimabatur.

25. In hoc igitur *tam anguſto* ſpatio Syracuſani, eorumque ſocii, cum navibus paulo pluribus quam triginta, ſub ſerum diei proelium navale committere coacti fuerunt, circa navigium curſum illac tenens; obviam *hoſtibus* prodeuntes, adverſus ſexdecim Atticas, et octo Rheginas naves. Et ab Athenienſibus victi, tunc in ſua caſtra celeriter ſe receperunt, ut ſingulis licuit, una ad Meſſanam, et Rhegium navi amiſſa. noxque ſuo interventu proelium diremit. Poſtea vero Locri quidem ex Rheginorum agro diſceſſerunt. Syracuſanorum vero, ſociorumque naves ad Peloridem, quae eſt agri Meſſanenſis, coactae ſtationem habebant, ipſisque peditatus aderat. Athenienſes vero, et Rhegini, cum naves vacuas animadvertiſſent, impreſſionem in eas fecerunt: manuque ferrea injecta unam ipſorum depreſſerunt, viris *ex ea* natando elapſis. Poſtea vero, cum Syracuſani naves ingreſſi fuiſſent, et Meſ-

ſanam remulco tracti praetervehere ntur, Athenienſes impetu rurſus in eos facto, illis ex littore oraque cava in altum provectis, et prius *hoſtem* aggreſſis, alteram navem amiſerunt. Syracuſani autem, cum in hac praetervectione, proelioque navali, quod hujusmodi fuit, rem non deteriore conditione geſſiſſent, in Meſſanae portum ſe receperunt. Atque Athenienſes quidem, cum per nuntios intellexiſſent Camarinam Syracuſanis ab Archia ejusque ſociis prodi, eo navigarunt. Interea vero Meſſanenſes, cum omnibus totius populi copiis, terra marique ſimul expeditionem ſusceperunt adverſus Naxum Chalcidicam, quae finitima erat. Primoque die Naxiis intra moenia concluſis, agrum vaſtabant. Poſtero vero die, claſſe circumvecti per fluvium Aceſinen, agrum vaſtabant, at cum peditatu ad urbem oppugnandam acceſſerunt. Interea vero Siculi multi, qui in montibus habitabant, ad opem Naxiis contra Meſſanenſes ferendam deſcenderunt. Quos ut conſpexere Naxii,

ἐμβάντων ἐς τὰς ναῦς, καὶ παραπλεόντων ἀπὸ κάλω ἐς τὴν Μεσσήνην, αὖθις προσβαλόντες οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποσιμωσάντων ἐκείνων, καὶ προεμβαλόντων, ἑτέραν ναῦν ἀπολλύουσι. καὶ ἐν τῷ παράπλῳ, καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τοιουτοτρόπῳ γενομένῃ, οὐκ ἔλασσον ἔχοντες οἱ Συρακούσιοι παρεκομίσθησαν ἐς τὸν ἐν τῇ Μεσσήνῃ λιμένα. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, Καμαρίνης ἀγγελθείσης προδίδοσθαι Συρακουσίοις ὑπ' Ἀρχίου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ἔπλευσαν ἐκεῖσε. Μεσσήνιοι δ' ἐν τούτῳ πανδημεὶ κατὰ γῆν καὶ ταῖς ναυσὶν ἅμα ἐστράτευσαν ἐπὶ Νάξον τὴν Χαλκιδικὴν ὅμορον οὖσαν· καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τειχήρεις ποιήσαντες τοὺς Ναξίους, ἐδῄουν τὴν γῆν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ταῖς μὲν ναυσὶ περιπλεύσαντες κατὰ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν, τὴν γῆν ἐδῄουν, τῷ δὲ πεζῷ πρὸς τὴν πόλιν ἐσέβαλον. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Σικελοὶ ὑπὲρ τῶν ἄκρων πολλοὶ κατέβαινον βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς Μεσσηνίους. καὶ οἱ Νάξιοι ὡς εἶδον,

θαρσήσαντες, καὶ παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς, ὡς οἱ Λεοντῖνοι σφίσι ϗ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ξύμμαχοι ἐς τιμωρίαν ἐπέρχονται, ἐκδραμόντες ἄφνω ἐκ τῆς πόλεως, προσπίπτουσι τοῖς Μεσσηνίοις. ϗ τρέψαντες, ἀπέκτειναν τε ὑπὲρ χιλίους, ϗ οἱ λοιποὶ χαλεπῶς ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. ϗ γὰρ οἱ βάρβαροι ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπιπεσόντες, τοὺς πλείστους διέφθειραν. ϗ αἱ νῆες σχοῦσαι ἐς τὴν Μεσσήνην, ὕστερον ἐπ' οἴκου ἕκασται διεκρίθησαν. Λεοντῖνοι δὲ εὐθὺς ϗ οἱ ξύμμαχοι μετὰ Αθηναίων ἐς τὴν Μεσσήνην, ὡς κεκακωμένην, ἐστράτευον· ϗ προσβάλλοντες, οἱ μὲν Αθηναῖοι κατὰ τὸν λιμένα ταῖς ναυσὶν ἐπειρῶντο, ὁ δὲ πεζὸς, πρὸς τὴν πόλιν. ἐπεκδρομὴν δὲ ποιησάμενοι οἱ Μεσσήνιοι, ϗ Λοκρῶν τινες μετὰ τοῦ Δημοτέλους, οἳ μετὰ τὸ πάθος ἐγκατελείφθησαν φρουροὶ, ἐξαπιναίως προσπεσόντες, τρέπουσι τοῦ στρατεύματος τῶν Λεοντίνων τὸ πολὺ, ϗ ἀπέκτειναν πολλούς. ἰδόντες δὲ οἱ Αθηναῖοι, ϗ

ſumtis animis, et mutuo ſe adhortati, quod Leontini caeterique ſocii Graeci ad opem ipſis ferendam adventarent, ex urbe ſubito erumpentes, impetum in Meſſanenſes fecerunt, illisque in fugam verſis, ſupra mille interfecerunt, caeterique domum aegre ſe receperunt. nam barbari maximam eorum partem in viis aggreſſi perdiderunt. Et naves, quae ad Meſſanam appulerant, aliae ab aliis ſeparatae domum ſe receperunt. ſtatimque Leontini ſociique cum Athenienſibus Meſſanam, ut bello attritam, oppugnatum iverunt; Athenienſes quidem, cum claſſe, a portu; peditatus vero a terra, urbem oppugnantes, *expugnare* conabantur. Sed Meſſanenſes, et ex Locris aliquot cum Demotele, qui poſt cladem acceptam urbis praeſidio relicti fuerant, eruptione facta, *hoſtemque* repente adorti, exercitus Leontinorum magnam partem in fugam verterunt, multosque interfecerunt. quod cum vidiſſent Athenienſes, et ex navibus exſcenſum

in terram fecissent, opem *ipsis* tulerunt, et Messanenses insequuti intra urbis muros concluserunt, eos perturbatos aggressi; erectoque trophaeo Rhegium reverterunt. Post haec, Graeci, qui erant in Sicilia, sine Atheniensibus, alii alios mutuo bello terra infestabant.

26. Athenienses vero, qui ad Pylum erant, Lacedaemonios in insula interceptos adhuc obsidebant; at Peloponnesii, qui in continente stativa habebant, in suo loco se continebant. Atheniensibus autem *Pyli* custodia admodum laboriosa erat, cum propter commeatus, tum propter aquae inopiam. nullus enim fons, praeter unum eumque non magnum, in ipsa Pyli arce erat. sed plerique glaream ad mare suffodientes, qualem credibile est aquam potabant. Erant praeterea loci angustiae, propter quas in exiguo castra habebant: et quia naves nullam stationem habebant, harum quidem aliae per vices cibum in terra sumebant, aliae vero in anchoris stabant. Et mora, quae

ἀποβάντες ἀπὸ τῶν νεῶν, ἐβοήθουν, καὶ κατεδίωξαν τοὺς Μεσσηνίους πάλιν ἐς τὴν πόλιν, τεταραγμένοις ἐπιγενόμενοι. καὶ τροπαῖον στήσαντες, ἀνεχώρησαν ἐς τὸ Ῥήγιον. μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἕλληνες, ἄνευ τῶν Ἀθηναίων, κατὰ γῆν ἐστράτευον ἐπ' ἀλλήλους.

κϛ'. Ἐν δὲ τῇ Πύλῳ ἔτι ἐπολιόρκουν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὸ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατόπεδον τῶν Πελοποννησίων κατὰ χώραν ἔμενεν. ἐπίπονος δ' ἦν τοῖς Ἀθηναίοις ἡ φυλακὴ, σίτου τε ἀπορίᾳ καὶ ὕδατος. οὐ γὰρ ἦν κρήνη ὅτι μὴ μία ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει τῆς Πύλου, καὶ αὕτη οὐ μεγάλη· ἀλλὰ διαμώμενοι τὸν κάχληκα οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον οἷον εἰκὸς ὕδωρ. στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο· καὶ τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον, αἱ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ᾑροῦντο κατὰ μέρος, αἱ δὲ, μετέωροι ὥρμουν. ἀθυμίαν τε πλείστην ὁ χρόνος πα-

ρεῖχε, παρὰ λόγον ἐπιγιγνόμενος, οὓς ᾤοντο ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπολιορκήσειν, ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ, καὶ ὕδατι ἁλμυρῷ χρωμένους. αἴτιον δὲ ἦν οἱ Λακεδαιμόνιοι, προειπόντες ἐς τὴν νῆσον ἐσάγειν σῖτόν τε τὸν βουλόμενον ἀληλεσμένον, καὶ οἶνον, καὶ τυρὸν, καὶ εἴτι ἄλλο βρῶμα, οἷον ἂν ἐς πολιορκίαν ξυμφέροι· τάξαντες ἀργυρίου πολλοῦ, καὶ τῶν Εἱλώτων τῷ ἐσαγαγόντι ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. καὶ ἐσῆγον ἄλλοι τε παρακινδυνεύοντες, καὶ μάλιστα οἱ Εἵλωτες, ἀπαίροντες ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν, καὶ καταπλέοντες ἔτι νυκτὸς ἐς τὰ πρὸς τὸ πέλαγος τῆς νήσου. μάλιστα δὲ ἐτήρουν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. ῥᾷον γὰρ τὴν φυλακὴν τῶν τριήρων ἐλάνθανον ὁπότε πνεῦμα ἐκ πόντου εἴη· ἄπορον γὰρ ἐγίγνετο περιορμεῖν. τοῖς δὲ ἀφειδὴς ὁ κατάπλους καθεστήκει. ἐπώκελλον γὰρ τὰ πλοῖα τετιμημένα χρημάτων· καὶ οἱ ὁπλῖται περὶ τὰς κατάρ-

praeter opinionem accidebat, maximum animi angorem *ipsis* afferebat, quod homines in insula deserta, *interceptos*, et aqua salsa utentes intra paucos dies a se expugnatum iri putarent. Cujus rei causa erant Lacedaemonii, qui edixerant, ut quisquis vellet, frumentum molitum, vinum, caseum, et si quid aliud esculentum esset, quod ad obsidionem tolerandam utile esset, in insulam importaret, hoc ingenti pretio aestimantes, et illi ex Helotibus, qui importasset, libertatem promittentes. Quare cum alii non sine gravi periculo comportabant, tum vero praecipue Helotes, solventes ex qualibet Peloponnesi parte, in qua eos esse contigisset, et dum nox adhuc esset, appellentes ad eam insulae partem, quae pelagus spectabat. Ventum autem potissimum observabant, quo *ad insulam* deferrentur. facilius enim triremium custodiam latebant, quoties ventus a mari spirabat. Nam *Atticae naves tunc* stationem circum insulam habere non poterant. Illis vero cursus ad littora non parcus esse consueverat, nam *sua* navigia pecuniis aestimata *in littus* impingebant; et *Lacedaemoniorum* milites, ad illas insulae partes, ad quas commode naves appellere po-

terant, excubias agebant. Quotquot vero mari tranquillo periculum subiissent, intercipiebantur. Illuc etiam per portum adnatabant urinatores sub aquas natantes, funiculo papaver mellitum, linique semen contusum in utribus attrahentes; qui cum initio *custodes Atheniensium* fefellissent, postea observari coepti sunt. Et quavis ratione utrique conabantur, hi quidem, commeatus transmittere, hi vero, cavere ne se lateret.

27. Athenienses vero, qui in urbe erant, cum intellexissent, suum exercitum variis incommodis affligi, et commeatus ad illos, qui in insula erant, transportari, consilii inopes erant, et verebantur, ne hyems suum praesidium opprimeret; tum quia videbant suum exercitum res ad victum necessarias, circa Peloponnesum, utpote in loco deserto, sibi comparandi facultatem non habiturum, tum etiam quia ne aestate quidem satis commeatuum *ad varios exercitus* circummittere poterant: praeterea *videbant*, stationem *suae classi illic* non futuram, quod loca essent importuosa; sed aut custodia a se remissa, hostes incolumes evasuros, aut navigiis, quae commeatus importabant, erup-

σεις τῆς νήσου ἐφύλασσον. ὅσοι δὲ γαλήνῃ κινδυνεύσειαν, ἡλίσκοντο. ἐσένεον δὲ καὶ κατὰ τὸν λιμένα κολυμβηταὶ ὕφυδροι, καλωδίῳ ἐν ἀσκοῖς ἐφέλκοντες μήκωνα μεμελιτωμένην, καὶ λίνου σπέρμα κεκομμένον· ὧν τοπρῶτον λανθανόντων, φυλακαὶ ὕστερον ἐγένοντο. παντί τε τρόπῳ ἑκάτεροι ἐτεχνῶντο, οἱ μὲν, ἐσπέμπειν τὰ σιτία, οἱ δὲ, μὴ λανθάνειν σφᾶς.

κζ΄. Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις πυνθανόμενοι περὶ τῆς στρατιᾶς, ὅτι ταλαιπωρεῖται, καὶ σῖτος τοῖς ἐν τῇ νήσῳ ὅτι ἐσπλεῖ, ἠπόρουν, καὶ ἐδεδοίκεσαν μὴ σφῶν χειμὼν τὴν φυλακὴν ἐπιλάβοι, ὁρῶντες τῶν τε ἐπιτηδείων τὴν περὶ τὴν Πελοπόννησον κομιδὴν ἀδύνατον ἐσομένην ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ, καὶ οὐδ᾽ ἐν θέρει οἷοί τε ὄντες ἱκανὰ περιπέμπειν· τόν τε ἔφορμον, χωρίων ἀλιμένων ὄντων, οὐκ ἐσόμενον. ἀλλ᾽ ἢ σφῶν ἀνέντων τὴν φυλακὴν περιγενήσεσθαι τοὺς ἄνδρας, ἢ τοῖς πλοίοις ἃ τὸν σῖτον αὐτοῖς ἦγε, χειμῶνα τηρήσαντας

ἐκπλεύσεσθαι. πάντων τε ἐφοβȣ̃ντο μάλιϛα τȣ̀ς Λακεδαιμονίȣς, ὅτι ἔχοντάς τι ἰσχυρὸν αὐτȣ̀ς ἐνόμιζον ȣ̓κέτι σφίσιν ἐπικηρυκεύεσθαι. ϰ̀ μετεμέλοντο, τὰς σπονδὰς ȣ̓ δεξάμενοι. Κλέων δὲ, γνȣ̀ς αὐτῶν τὴν ἐς αὐτὸν ὑποψίαν περὶ τῆς κωλύμης τῆς ξυμβάσεως, ȣ̓ τἀληθῆ ἔφη λέγειν τȣ̀ς ἐξαγγέλλοντας. παραινȣ́ντων δὲ τῶν ἀφιγμένων, εἰ μὴ σφίσι πιϛεύȣσι, κατασκόπους τινὰς πέμψαι, ᾑρέθη κατάσκοπος αὐτὸς μετὰ Θεογένȣς ὑπὸ Ἀθηναίων. ϰ̀ γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταυτὰ λέγειν οἷς διέβαλλεν, ἢ τἀναντία εἰπὼν, ψευδὴς φανήσεσθαι· παρῄνει τοῖς Ἀθηναίοις, ὁρῶν αὐτȣ̀ς ϰ̀ ὡρμημένȣς τὶ τοπλέον τῇ γνώμῃ ϛρατεύειν, ὡς χρὴ κατασκόπους μὲν μὴ πέμπειν, μηδὲ διαμέλλειν καιρὸν παριέντας· εἰ δὲ δοκεῖ αὐτοῖς ἀληθῆ εἶναι τὰ ἀγγελλόμενα, πλεῖν ἐπὶ τȣ̀ς ἄνδρας. ϰ̀ ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου, ϛρατηγὸν ὄντα, ἀπεσήμαινεν, ἐχθρὸς ὢν, καὶ ἐπιτι-

turos *putabant*. Sed quod omnium maxime formidabant, illud erat, quod Lacedaemonios aliquo firmo virium praesidio fretos, nullum caduceatorem de pace acturum ad se posthac missuros arbitrarentur; eosque poenitebat, quod foedera non admisissent. Cleon vero, cum intelligeret, eos suspicari, se impedimento fuisse, ne pacis conditiones acciperentur, negabat verum dicere eos, qui nuntios afferebant. Cum autem illi, qui nuntios attulerant, *Athenienses* hortarentur, ut, si fidem sibi non haberent, aliquos exploratores *eo* mitterent, ipse cum Theogene explorator ab Atheniensibus electus est. Ille vero, cum intelligeret, se coactum iri vel eadem dicere, quae illi, quos criminabatur, vel, si contraria dixisset, se mendacem visum iri; Atheniensibus suadebat, quod eos ad bellum gerendum animis magis propensis esse videret, ut nullos quidem exploratores *eo* mitterent, neque cunctando occasionem praetermitterent: sed, si vera ipsis viderentur ea, quae nuntiabantur, cum classe proficiscerentur, ut viros illos expugnarent: et Niciam Nicerati *filium*, qui tunc dux erat, innuebat, *et subobscure designabat*, et cum

exprobratione dicebat, facile esse parata classe, si duces viri essent fortes, *eo* proficisci, virosque in insula interceptos expugnare; hocque se facturum, si gereret praeturam.

28. At Nicias, cum Athenienses aliquantulum tumultuati essent adversus Cleonem, quod ne tunc quidem, si res facilis ipsi videretur, navigaret; simul etiam, cum videret ipsum *Cleonem* ignaviam sibi exprobrantem, jussit ipsum assumtis quibus vellet copiis, quod ad se attineret, aggredi. Hic vero primo quidem existimans, eum verbo tenus relinquere, paratus erat. Sed ubi cognovit, ipsum revera cupere tradere, tergiversari coepit, et illum, non se, praetoria dignitate praeditum esse dixit: timore jam perculsus, ratus eum sibi *praetura* cedere non ausurum. Nicias vero rursus *idem* jubebat, et praetura ad Pylum cedebat, et Athenienses testabatur. Illi vero (quemadmodum vulgus facere solet) quo magis Cleon navigationem subterfugiebat, ac tergiversabatur, promissis stare recusans, eo magis Niciae imperabant, ut praeturam *illi* traderet, il-

μῶν, ῥᾴδιον εἶναι παρασκευῇ, εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ στρατηγοὶ, πλεύσαντας λαβεῖν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ· καὶ αὐτός γ᾽ ἂν, εἰ ἦρχε, ποιῆσαι τοῦτο.

κη΄. Ὁ δὲ Νικίας, τῶν τε Ἀθηναίων τὶ ὑποθορυβησάντων ἐς τὸν Κλέωνα, ὅτι οὐ καὶ νῦν πλέει, εἰ ῥᾴδιόν γε αὐτῷ φαίνεται, καὶ ἅμα ὁρῶν αὐτὸν ἐπιτιμῶντα, ἐκέλευεν ἥν τινα βούλεται δύναμιν λαβόντα τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι ἐπιχειρεῖν. ὁ δὲ, τὸ μὲν πρῶτον οἰόμενος αὐτὸν λόγῳ μόνον ἀφιέναι, ἕτοιμος ἦν· γνοὺς δὲ τῷ ὄντι παραδωσείοντα, ἀνεχώρει, καὶ οὐκ ἔφη αὐτὸς, ἀλλ᾽ ἐκεῖνον στρατηγεῖν· δεδιὼς ἤδη, καὶ οὐκ ἂν οἰόμενος οἱ αὐτὸν τολμῆσαι ὑποχωρῆσαι. αὖθις δὲ ὁ Νικίας ἐκέλευε, καὶ ἐξίστατο τῆς ἐπὶ Πύλῳ ἀρχῆς, καὶ μάρτυρας τοὺς Ἀθηναίους ἐποιεῖτο. οἱ δὲ (οἷον ὄχλος φιλεῖ ποιεῖν) ὅσῳ μᾶλλον ὁ Κλέων ὑπέφευγε τὸν πλοῦν, καὶ ἐξανεχώρει τὰ εἰρημένα, τόσῳ ἐπεκελεύοντο τῷ Νικίᾳ, παρα-

διδόναι τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐκείνῳ ἐπεβόων πλεῖν. ὥςε ὐκ ἔχων ὅπως τῶν εἰρημένων ἔτι ἐξαπαλλαγῇ, ὑφίςαται τὸν πλοῦν· κ᾽ παρελθὼν, ὔτε φοβεῖσθαι ἔφη Λακεδαιμονίυς, πλεύσεσθαί τε λαβὼν, ἐκ μὲν τῆς πόλεως ὐδένα, Λημνίυς δὲ κ᾽ Ιμβρίυς τὺς παρόντας, καὶ πελταςὰς οἳ ἦσαν ἔκ τε Αἴνου βεβοηθηκότες, καὶ ἄλλοθεν τοξότας τετρακοσίους. ταῦτα δὲ ἔχων, ἔφη πρὸς τὺς ἐν Πύλῳ ςρατιώτας, ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν ἢ ἄξειν Λακεδαιμονίυς ζῶντας, ἢ αὐτῦ ἀποκτενεῖν. τοῖς δὲ Αθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι κ᾽ γέλωτος, τῇ κυφολογίᾳ αὐτοῦ, ἀσμένοις δ᾽ ὅμως ἐγίγνετο τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, λογιζομένοις δυεῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι (ὃ μᾶλλον ἤλπιζον) ἢ σφαλεῖσι γνώμης, Λακεδαιμονίυς σφίσι χειρώσεσθαι.

κθ΄. Καὶ πάντα διαπραξάμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, κ᾽ ψηφισαμένων Αθηναίων αὐ-

lique acclamabant, ut navigaret. Quamobrem *Cleon*, cum non posset amplius se expedire ex iis, quae dixerat, expeditionem suscipit. Et in mediam concionem progressus, dixit se non timere Lacedaemonios, et se navigaturum, nullo de civium numero secum ducto; tantum cum Lemniis et Imbriis, qui aderant, assumtis etiam peltatis, qui ex Aeno venerant auxilio, et aliunde sagittariis quadringentis. Cum his copiis dixit *se iturum* ad milites, qui ad Pylum erant, *et* intra viginti dies, aut Lacedaemonios vivos adducturum, aut illic interfecturum. Tunc autem levitas hominis, et inanis ejus oratio risum aliquomodo movit, jucunda tamen accidit viris prudentibus, considerantibus se alterum e duobus bonis adepturos, aut se Cleonis importunitate liberatum iri (quod magis sperabant,) aut, si opinione sua frustrati fuissent, *illum* Lacedaemonios in suam potestatem redacturum.

29. Cum autem res omnes ad expeditionem necessarias in concione peregisset, et Athenienses expeditionem suis suffragiis

ipsi decrevissent, ipseque Demosthenem, unum ex ducibus, qui ad Pylum erant, sibi collegam adjunxisset, e vestigio discessit. Demosthenem autem *ideo* collegam sibi adjunxit, quod audiret ipsum in animo habere, exscensum ex navibus in insulam facere. Milites enim loci inopia graviter pressi, et obsessi potius quam obsidentes, ad periclitandam belli fortunam animis erant propensi. Praeterea ipsa insula incendium passa ipsi vires addidit. nam cum prius esset magna ex parte sylvosa et invia, propter perpetuam solitudinem, *eam* formidabat, atque *hoc* pro hostibus magis facere putabat. nam in magnas copias ex navibus in terram egressas illos ex locis abditis irruptionem facturos, et multa detrimenta sibi daturos *intelligebat*. Sibi vero illorum errata, et apparatum, propter sylvam, non perinde perspicua fore; suarum vero copiarum omnia peccata *hostibus* manifesta fore: quamobrem illos ex improviso, quacunque essent, impressionem in se facturos. nam hostem invadendi arbitrium penes illos futurum.

τῷ τὸν πλοῦν, τῶν τε ἐν Πύλῳ στρατηγῶν ἕνα προσελόμενος Δημοσθένην, τὴν ἀναγωγὴν διὰ τάχους ἐποιεῖτο. τὸν δὲ Δημοσθένην προσέλαβε, πυνθανόμενος τὴν ἀπόβασιν αὐτὸν ἐς τὴν νῆσον διανοεῖσθαι. οἱ γὰρ στρατιῶται, κακοπαθοῦντες τοῦ χωρίου τῇ ἀπορίᾳ, καὶ μᾶλλον πολιορκούμενοι ἢ πολιορκοῦντες, ὥρμηντο διακινδυνεῦσαι. καὶ αὐτῷ ἔτι ῥώμην καὶ ἡ νῆσος ἐμπρησθεῖσα παρεῖχε. πρότερον μὲν γὰρ οὔσης αὐτῆς ὑλώδους ἐπιτοπολὺ, καὶ ἀτριβοῦς, διὰ τὴν ἀεὶ ἐρημίαν, ἐφοβεῖτο, καὶ πρὸς τῶν πολεμίων τοῦτο ἐνόμιζε μᾶλλον εἶναι. πολλῷ γὰρ ἂν στρατοπέδῳ ἀποβάντι ἐξ ἀφανοῦς χωρίου προσβάλλοντας αὐτοὺς βλάπτειν. σφίσι μὲν γὰρ τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, καὶ παρασκευὴν, ὑπὸ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν ὁμοίως δῆλα εἶναι· τοῦ δὲ αὐτῶν στρατοπέδου καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, ὥστε προσπίπτειν ἂν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως ᾗ βούλοιντο. ἐπ᾽ ἐκείνοις γὰρ

εἶναι ἂν τὴν ἐπιχείρησιν. εἰ δ' αὖ ἐς δασὺ χωρίον βιάζοιτο ὁμόσε ἰέναι, τοὺς ἐλάσσους, ἐμπείρους δὲ τῆς χώρας, κρείττους ἐνόμιζε τῶν πλεόνων ἀπείρων· λανθάνειν τε ἂν τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον πολὺ ὂν διαφθειρόμενον, οὐκ οὔσης τῆς προσόψεως ᾗ χρῆν ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν.

λ'. Ἀπὸ δὲ τοῦ Αἰτωλικοῦ πάθους (ὃ διὰ τὴν ὕλην μέρος τὶ ἐγένετο) οὐχ ἥκιστα αὐτὸν ταῦτα ἐσήει. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀναγκασθέντων διὰ τὴν στενοχωρίαν τῆς νήσου, τοῖς ἐσχάτοις προσίσχοντας ἀριστοποιεῖσθαι διὰ προφυλακῆς, καὶ ἐμπρήσαντός τινος κατὰ μικρὸν τῆς ὕλης ἄκοντος, καὶ ἀπὸ τούτου πνεύματος ἐπιγενομένου, τὸ πολὺ αὐτῆς ἔλαθε κατακαυθέν. οὕτω δὴ τούς τε Λακεδαιμονίους μᾶλλον κατιδὼν πλείους ὄντας, ὑπονοῶν πρότερον ἐλάσσοσι τὸν σῖτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν, τότε ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων τοὺς Ἀθηναίους μᾶλλον σπουδὴν ποιεῖσθαι, τήν τε νῆσον εὐαποβατωτέραν οὖ-

Quod ſi manus in locis denſis per vim conſerere contenderet: illos, qui eſſent pauciores, ſed locorum peritiores, longe meliore conditione rem geſturos arbitrabatur, quam illos, qui numero ſuperiores eſſent, at locorum imperitiores. Praeterea ſuum exercitum, qui numeroſus erat, clam profligatum iri, ſuis erepta facultate proſpiciendi, qua parte alii aliis mutuam opem ferre poſſent.

30. Haec autem potiſſimum ob cladem Aetolicam (quam magna ex parte propter ſylvam acceperat) in mentem ipſi veniebant. Cum autem milites propter inſulae anguſtias ad extremas ejus oras, prandii parandi cauſa, adhibita cuſtodia accedere coacti fuiſſent, et quidam *ex illorum numero* ſylvam paulatim incendiſſet invitus, poſteaque ventus excitatus fuiſſet; magna ejus pars hoſtibus inſciis eſt cremata. Sic igitur *Demoſthenes* facilius conſpicatus Lacedaemonios, qui plures erant, *quam arbitrabatur*, cum prius commeatum ad pauciores illuc transmitti ſuſpicaretur, tunc *adhortatus eſt* Athenienſes ad majorem diligentiam adhibendam, utpote adverſus *copias* minime

contemnendas, et in insulam ex navibus facilius descendi posse *demonstrabat ;* et ad eam invadendam se praeparabat, sociales copias ex locis vicinis accersens, et caetera praeparans. Cleon igitur nuntio ad illum praemisso, per quem illi significaret se venturum, cum copiis, quas petierat, Pylum pervenit. Et cum in unum locum convenissent, ante omnia caduceatorem ad hostium castra in continente posita miserunt, ut illos provocarent, si vellent imperare suis militibus in insula interceptis, ut sine periculo et arma et se ipsos sibi traderent, ea conditione, ut custodia tolerabili servarentur, donec aliquid de rerum summa transactum esset.

31. Sed cum illi conditionem istam non accepissent, unum quidem diem supersederunt ; postridie vero, noctu quidem discesserunt, omnibus militibus in paucas naves impositis : at paulo ante auroram, ab utraque insulae parte, et a pelago, et a portu, ex navibus in terram descenderunt, milites circiter octingenti. cursuque ad primum hostium praesidium in insula collocatum contenderunt. Sic enim *Lacedaemoniorum milites* erant dispositi. In hoc primo praesi-

σαν, τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο, στρατιάν τε μεταπέμπων ἐκ τῶν ἐγγὺς ξυμμάχων, καὶ τὰ ἄλλα ἑτοιμάζων. Κλέων δὲ ἐκείνῳ τε προπέμψας ἄγγελον ὡς ἥξων, καὶ ἔχων στρατιὰν ἣν ᾐτήσατο, ἀφικνεῖται ἐς Πύλον· καὶ ἅμα γενόμενοι, πέμπουσι πρῶτον ἐς τὸ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατόπεδον κήρυκα, προκαλούμενοι εἰ βούλοιντο ἄνευ κινδύνου τοὺς ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρας σφίσι τά τε ὅπλα καὶ σφᾶς αὐτοὺς κελεύειν παραδοῦναι, ἐφ᾽ ᾧ φυλακῇ τῇ μετρίᾳ τηρήσονται, ἕως ἄν τι περὶ τοῦ πλέονος ξυμβαθῇ.

λα΄. Οὐ προσδεξαμένων δὲ αὐτῶν, μίαν μὲν ἡμέραν ἐπέσχον, τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἀνήγαγον μὲν, νυκτὸς ἐπ᾽ ὀλίγας ναῦς τοὺς ὁπλίτας πάντας ἐπιβιβάσαντες· πρὸ δὲ τῆς ἕω ὀλίγον ἀπέβαινον τῆς νήσου ἑκατέρωθεν ἔκ τε τοῦ πελάγους καὶ πρὸ τοῦ λιμένος, ὀκτακόσιοι μάλιστα ὄντες ὁπλῖται· καὶ ἐχώρουν δρόμῳ ἐπὶ τὸ πρῶτον φυλακτήριον τῆς νήσου. ὧδε γὰρ διετετάχατο. ἐν

ταύτῃ μὲν τῇ πρώτῃ φυλακῇ ὡς τριάκοντα ἦσαν ὁπλῖται, μέσον δὲ καὶ ὁμαλώτατόν τε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ οἱ πλεῖστοι αὐτῶν καὶ Ἐπιτάδας ὁ ἄρχων εἶχε· μέρος δέ τι οὐ πολὺ αὐτοῦ ἔσχατον ἐφύλασσε τῆς νήσου τὸ πρὸς τὴν Πύλον, ὃ ἦν ἔκ τε θαλάσσης ἀπόκρημνον, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἥκιστα ἐπίμαχον. καὶ γάρ τι καὶ ἔρυμα αὐτόθι ἦν παλαιὸν, λίθων λογάδην πεποιημένον· ὃ ἐνόμιζον σφίσιν ὠφέλιμον ἂν εἶναι, εἰ καταλαμβάνοι ἀναχώρησις βεβαιοτέρα. οὕτω μὲν τεταγμένοι ἦσαν.

λϛ΄. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν πρώτους φύλακας, οἷς ἐπέδραμον, εὐθὺς διαφθείρουσιν, ἔν τε ταῖς εὐναῖς, ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα. καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν, οἰομένων αὐτῶν τὰς ναῦς κατὰ τὸ ἔθος εἰς ἔφορμον τῆς νυκτὸς πλεῖν. ἅμα δὲ ἕῳ γιγνομένῃ, καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπέβαινον, ἐκ μὲν νεῶν ἑβδομήκοντα, καὶ ὀλίγῳ πλειόνων, πάντες, πλὴν Θαλαμίων,

dio milites erant circiter triginta: praesidium vero in media et planissima parte, et prope aquam collocatum, illorum plerique cum Epitada duce tenebant. Quaedam vero ipsius *Epitadae* non magna manus custodiebat extremam insulae partem, quae Pylum spectabat; quae *pars* et a mari praerupta erat, et a terra minime oppugnari poterat. nam et castellum quoddam vetustum ex saxis passim lectis constructum illic erat: quod sibi profuturum putabant, si qua majore vi se recipere cogerentur. atque ita quidem dispositi erant.

32. Athenienses vero, custodes, quos in prima statione collocatos cursu invaserunt, confestim interfecerunt, *eos* in cubilibus et adhuc arma capientes *nacti*. Nam in terram ex navibus clam descenderant, illis opinantibus naves ex consuetudine ad stationem noctu commeasse. Sed simul atque dies illuxit, reliquus etiam exercitus in terram descendit, et ex navibus paulo pluribus quam septuaginta, omnes, praeter Thalamios, armati *prodierunt*; et octingenti sagittarii, et pel-

taſtae his non pauciores: et Meſſenii, qui auxilium tulerant, et caeteri omnes, quotquot circa Pylum *aliqua loca* tenebant, exceptis cuſtodibus, qui in munitionibus erant. Hi autem a Demoſthene variis in partibus inſtructi fuerunt, ita ut in ſingulis duceni, et plures, in nonnullis etiam pauciores eſſent: occupatis locis ſuperioribus, ut hoſtes quam maxima dubitatione undique circumventi premerentur, nec haberent adverſus quam partem inſtructi in aciem prodirent; ſed undique telis a multitudine peterentur. Quippe, ſi illos quidem, qui in fronte ſtabant, invaſiſſent, ab illis, qui a tergo ſtabant, telis peterentur: ſin eos, qui ad alterum latus erant, petiiſſent, ab illis, qui ab utroque latere inſtructi imminebant, ferirentur. denique levis hoſtium armatura, et qui maxime inermes erant, ipſis, quocunque ſe vertiſſent, a tergo ſemper haeſuri erant, ſagittis, jaculis, lapidibus, et fundis eminus rem ſtrenue gerentes: quos ne perſequi quidem licebat. Nam et dum fugerent, *adverſarios* vincebant, et cedentibus inſtabant. Hoc igitur conſilio Demoſthenes et ante copias

ὡς ἕκαστοι ἐσκευασμένοι· τοξόται τε ὀκτακόσιοι, καὶ πελτασταὶ οὐκ ἐλάσσους τούτων. Μεσσηνίων τε οἱ βεβοηθηκότες, καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι περὶ Πύλον κατεῖχον πάντες, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους φυλάκων. Δημοσθένους δὲ τάξαντος, διέστησαν κατὰ διακοσίους τε καὶ πλείους, ἔστι δ᾽ ᾗ ἐλάσσους, τῶν χωρίων τὰ μετεωρότατα λαβόντες, ὅπως ὅτι πλείστη ἀπορία ᾖ τοῖς πολεμίοις πανταχόθεν κεκυκλωμένοις, καὶ μὴ ἔχωσι πρὸς ὅ, τι ἀντιτάξωνται, ἀλλ᾽ ἀμφίβολοι γίγνωνται τῷ πλήθει, εἰ μὲν τοῖς πρόσθεν ἐπίοιεν, ὑπὸ τῶν κατόπιν βαλλόμενοι, εἰ δὲ τοῖς πλαγίοις, ὑπὸ τῶν ἑκατέρωθεν παρατεταγμένων. κατὰ νώτου τε ἀεὶ ἔμελλον αὐτοῖς ᾗ χωρήσειαν οἱ πολέμιοι ἔσεσθαι ψιλοί, καὶ οἱ ἀπορώτατοι τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθοις καὶ σφενδόναις, ἐκ πολλοῦ ἔχοντες ἀλκήν. οἷς μηδὲ ἐπελθεῖν οἷόν τε ἦν. φεύγοντές τε γὰρ ἐκράτουν, καὶ ἀναχωροῦσιν ἐπέκειντο. τοι-

αὕτη μὲν γνώμη ὁ Δημοσθένης τότε πρῶτον τὴν ἀπόβασιν ἐπενόει, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἔταξεν.

λγ'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐπιτάδαν, καὶ ὅπερ ἦν πλεῖστον τῶν ἐν τῇ νήσῳ, ὡς εἶδον τό, τε πρῶτον φυλακτήριον διεφθαρμένον, καὶ στρατὸν σφίσιν ἐπιόντα, ξυνετάξαντο, καὶ τοῖς ὁπλίταις τῶν Ἀθηναίων ἐπήεσαν, βουλόμενοι ἐς χεῖρας ἐλθεῖν. ἐξ ἐναντίας γὰρ οὗτοι καθεστήκεσαν, ἐκ πλαγίου δὲ οἱ ψιλοὶ, καὶ κατὰ νώτου. τοῖς μὲν οὖν ὁπλίταις οὐκ ἠδυνήθησαν προσμῖξαι, οὐδὲ τῇ σφετέρᾳ ἐμπειρίᾳ χρήσασθαι. οἱ γὰρ ψιλοὶ ἑκατέρωθεν βάλλοντες εἶργον, καὶ ἅμα ἐκεῖνοι οὐκ ἀντεπήεσαν, ἀλλ' ἡσύχαζον. τοὺς δὲ ψιλοὺς, ᾗ μάλιστα αὐτοῖς προσθέοντες προσκέοιντο, ἔτρεπον, καὶ οἱ ὑποστρέφοντες ἠμύνοντο, ἄνθρωποι κούφως τε ἐσκευασμένοι, καὶ προλαμβάνοντες ῥᾳδίως τῆς φυγῆς, χωρίων τε χαλεπότητι, καὶ ὑπὸ τῆς πρὶν ἐρημίας τραχέων ὄντων· ἐν οἷς οἱ

in insulam exponere cogitarat; et in acie instruenda, et re gerenda est usus.

33. At Epitadas et qui cum eo erant, et illa militum in insula interceptorum manus, quae maxima erat, cum vidissent et primum praesidium profligatum, et exercitum contra se venientem, aciem instruxerunt, et in gravem Atheniensium armaturam ire contenderunt, eo consilio, ut ad manus venirent. haec enim a fronte fuerat collocata: sed levis armatura, ab utroque latere et a tergo instructa stabat. Sed neque cum gravis armaturae militibus manus conferere, neque sua *pugnae statariae* peritia uti potuerunt: nam milites leviter armati *eos* utrinque *telis* petentes prohibebant, simul etiam illi contra *eos* non procurrebant, sed in suo loco se continebant. Levem autem armaturam fugabant, quacunque impetu facto eos maxime infestabat. haec vero iterum conversa *eos* propulsabat, quod homines essent leviter armati, et qui facile fugam capesserent, antequam hostis eos assequeretur, *idque* cum ob locorum difficultatem, tum etiam ob *eorundem* asperitatem a pristina solitudine ma-

nantem: per quae Lacedaemonii, quod arma gestarent, persequi non poterant.

34. Sic igitur illi aliquantisper inter se levi certamine pugnarunt. sed cum Lacedaemonii non amplius celeriter procurrere possent, qua impetum fecissent; milites leviter armati, cum ipsos propter assiduum hostis propulsandi laborem jam defatigatos esse animadvertissent, et ipsi spectaculo animis multo magis confirmati, quod longe plures essent, et jam assueti minus illos formidare, quod non amplius adeo formidabiles, *ut ante,* ipsis viderentur, quia non continuo tam gravia mala perpessi fuerant quam speraverant, quum primum in terram egressi sunt, animis servilem in morem dejecti, quippe qui contra Lacedaemonios irent, cum *illos* contemsissent, et clamorem sustulissent, impetum in ipsos conferti fecerunt; et lapidibus, sagittis, telisque, quae quisque ad manum habebat, *eos* petebant. Clamore autem sublato, et impetu simul facto, pavor homines hujusmodi pugnae insuetos invasit, et sylvae nuper incensae multus pulvis in su-

Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐδύναντο διώκειν, ὅπλα ἔχοντες.

λδ'. Χρόνον μὲν οὖν τινὰ ὀλίγον οὕτω πρὸς ἀλλήλους ἠκροβολίσαντο. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐκέτι ὀξέως ἐπεκθεῖν ᾗ προσπίπτοιεν δυναμένων, γνόντες αὐτοὺς οἱ ψιλοὶ βραδυτέρους ἤδη ὄντας τῷ ἀμύνασθαι, καὶ αὐτοὶ τῇ τε ὄψει τοῦ θαρσεῖν τὸ πλεῖστον εἰληφότες, πολλαπλάσιοι φαινόμενοι, καὶ ξυνειθισμένοι μᾶλλον μηκέτι δεινοὺς αὐτοὺς ὁμοίως σφίσι φαίνεσθαι, ὅτι οὐκ εὐθὺς ἄξια τῆς προσδοκίας ἐπεπόνθεσαν, ὥσπερ ὅτε πρῶτον ἀπέβαινον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένοι ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίους, καταφρονήσαντες, καὶ ἐμβοήσαντες, ἀθρόοι ὥρμησαν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἔβαλλον λίθοις τε καὶ τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις, ὡς ἕκαστός τι πρόχειρον εἶχε. γενομένης δὲ τῆς βοῆς ἅμα τῇ ἐπιδρομῇ, ἔκπληξίς τε ἐνέπεσεν ἀνθρώποις ἀήθεσι τοιαύτης μάχης, καὶ ὁ κονιορτὸς τῆς ὕλης νεωστὶ κεκαυ-

μένης ἐχώρει πολὺς ἄνω. ἄπορόν τε ἦν ἰδεῖν τὸ πρὸ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν τοξευμάτων καὶ λίθων ἀπὸ πολλῶν ἀνθρώπων μετὰ τοῦ κονιορτοῦ ἅμα φερομένων. τό, τε ἔργον ἐνταῦθα χαλεπὸν τοῖς Λακεδαιμονίοις καθίστατο. οὔτε γὰρ οἱ πῖλοι ἔστεγον τὰ τοξεύματα, δοράτιά τε ἐναποκέκλαστο βαλλομένων. εἶχόν τε οὐδὲν σφίσιν αὐτοῖς χρήσασθαι ἀποκεκλημένοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προορᾶν, ὑπὸ δὲ τῆς μείζονος βοῆς τῶν πολεμίων, τὰ ἐν αὐτοῖς παραγγελλόμενα οὐκ ἐσακούοντες· κινδύνου τε πανταχόθεν περιεστῶτος, καὶ οὐκ ἔχοντες ἐλπίδα καθότι χρὴ ἀμυνομένους σωθῆναι.

λέ. Τέλος δὲ, τραυματιζομένων ἤδη πολλῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναστρέφεσθαι, ξυγκλήσαντες, ἐχώρησαν ἐς τὸ ἔσχατον ἔρυμα τῆς νήσου, ὃ οὐ πολὺ ἀπεῖχε, καὶ τοὺς ἑαυτῶν φύλακας. ὡς δὲ ἐνέδοσαν, ἐνταῦθα ἤδη πολλῷ ἔτι πλέον βοῇ τεθαρσηκότες οἱ ψιλοὶ ἐπέκειντο, καὶ τῶν

blime ferebatur. Et propter ſagittas, ac lapides, qui ab ingenti hominum multitudine jaciebantur, et una cum pulvere ferebantur, unusquisque ſpatium ante ſuos pedes poſitum aegre proſpicere poterat. Tunc vero proelium Lacedaemoniis aſperius eſſe coepit. Nam neque *ipſorum* armatura ſagittis amplius reſiſtere poterat, et haſtae, quibus petebantur, in ea fractae inhaerebant. neque ſua priſtina virtute uti poterant, tum quod eorum oculis erepta eſſet omnis facultas proſpiciendi, quae ante pedes erant; tum quod propter majorem clamorem ab hoſtibus ſublatum exaudire non poſſent, quae ipſis praeciperentur; tum etiam quod periculum undique circumſiſteret, nec ullam ſpem haberent excogitandae rationis, qua hoſtem propulſando ſervarentur.

35. Tandem vero, cum multi jam ſauciati eſſent, quod ſemper in eodem loci ſpatio verſarentur, *ſeſe* conglobantes ad extremam inſulae munitionem, non multum diſtantem, et ad ſuum praeſidium, *quod illic erat*, iverunt. cum autem ceſſiſſent, tunc vero milites leviter armati longe confidentius clamore ſublato *illis* inſtare coeperunt,

et quotquot de Lacedaemoniis, dum ſe reciperent, intercipiebantur, *ab hoſte* caedebantur. ſed plerique ad *ſuam* munitionem elapſi, cum cuſtodibus, qui illic erant, ſe inſtruxerunt ad omnem *munitionis partem*, ut *hoſtem* propulſarent, qua parte *munitio* oppugnari poterat. Athenienſes vero, *fuga illorum ad inſequendum* ſtimulati, ipſos quidem circumvenire et circumdare non poterant, propter loci ſitum, qui natura munitus erat: ſed ab adverſa fronte aggreſſi, propellere conabantur. Diuque, et ad maximam diei partem utrique pugna, ſiti, et ſole graviter fatigati, reſiſtebant; et conabantur, hi quidem *illos* ex ſuperiore loco detrudere, illi vero non cedere; *ſed munitionem tueri.* facilius autem, quam ante, Lacedaemonii *tunc hoſtem* propulſabant, quod ab utroque latere circumveniri non poſſent.

36. Sed cum res nullum haberet exitum, Meſſeniorum dux ad Cleonem et Demoſthenem accedens, eos fruſtra laborare dixit: ſed ſi ſagittariorum et levis armaturae aliquam partem ſibi dare vellent, ad illos a tergo circumveniendum via, quamcunque

Λακεδαιμονίων ὅσοι μὲν ὑποχωροῦντες ἐγκατελαμβάνοντο, ἀπέθνησκον. οἱ δὲ πολλοὶ, διαφυγόντες ἐς τὸ ἔρυμα, μετὰ τῶν ταύτη φυλάκων ἐτάξαντο παρὰ πᾶν, ὡς ἀμυνούμενοι ᾗπερ ἦν ἐπίμαχον. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπισπώμενοι, περίοδον μὲν αὐτῶν καὶ κύκλωσιν χωρίου ἰσχύϊ οὐκ εἶχον, προσιόντες δὲ ἐξ ἐναντίας, ὤσασθαι ἐπειρῶντο. καὶ χρόνον μὲν πολὺν καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖστον ταλαιπωρούμενοι ἀμφότεροι ὑπό τε τῆς μάχης καὶ δίψους καὶ ἡλίου, ἀντεῖχον, πειρώμενοι, οἱ μὲν ἐξελάσασθαι ἐκ τοῦ μετεώρου, οἱ δὲ, μὴ ἐνδοῦναι. ῥᾷον δ' οἱ Λακεδαιμόνιοι ἠμύνοντο ἢ ἐν τῷ πρὶν, οὐκ οὔσης σφῶν τῆς κυκλώσεως ἐς τὰ πλάγια.

λϛ΄. Ἐπειδὴ δὲ ἀπέραντον ἦν, προσελθὼν ὁ τῶν Μεσσηνίων στρατηγὸς Κλέωνι καὶ Δημοσθένει, ἄλλως ἔφη πονεῖν σφᾶς· εἰ δὲ βούλονται ἑαυτῷ δοῦναι τῶν τοξοτῶν μέρος τὶ καὶ τῶν ψιλῶν, περιιέναι κατὰ νώ-

του αὐτοῖς ὁδῷ ᾗ ἂν αὐτὸς εὕρῃ, δοκεῖν βιάσασθαι τὴν ἔφοδον. λαβὼν δὲ ἃ ᾐτήσατο, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρμήσας, ὥστε μὴ ἰδεῖν ἐκείνους, κατὰ τὸ ἀεὶ παρῆκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου προσβαίνων, καὶ ᾗ οἱ Λακεδαιμόνιοι, χωρίου ἰσχύϊ πιστεύσαντες, οὐκ ἐφύλασσον, χαλεπῶς τε καὶ μόλις περιελθὼν ἔλαθε. καὶ ἐπὶ τοῦ μετεώρου ἐξαπίνης ἀναφανεὶς κατὰ νώτου αὐτῶν, τοὺς μὲν τῷ ἀδοκήτῳ ἐξέπληξε, τοὺς δὲ, ἃ προσεδέχοντο ἰδόντας, πολλῷ μᾶλλον ἐπέῤῥωσε. καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, βαλλόμενοί τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη, καὶ γιγνόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι (ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι) τῷ ἐν Θερμοπύλαις. ἐκεῖνοί τε γὰρ τῇ ἀτραπῷ περιελθόντων τῶν Περσῶν, διεφθάρησαν· οὗτοί τε, ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες, οὐκέτι ἀντεῖχον, ἀλλὰ πολλοῖς τε ὀλίγοι μαχόμενοι, καὶ ἀσθενείᾳ σωμάτων, διὰ τὴν σιτοδείαν, ὑπεχώρουν· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκράτουν ἤδη τῶν ἐφόδων.

ipſe inveniſſet, putare irruptionem per vim fieri poſſe. Cum autem accepiſſet, quae petierat, iter clam ingreſſus, ne ab illis conſpiceretur, accedens qua paulatim inſulae partes praeruptae aliquem aditum dabant, et ad eam partem, quam Lacedaemonii, loci natura muniti ſitu freti, non cuſtodiebant, aegre et vix illis inſciis *munitionem* circumiit. atque ex improviſo et repente in loco ſuperiore a tergo hoſtium conſpectus, illos quidem ob inopinatum caſum metu conſternavit; hos vero, qui cernebant, quod exſpectabant, multo magis confirmavit. Quare Lacedaemonii, cum utrinque telis jam peterentur, et in eadem fortuna conſtituti eſſent, (ut parva magnis conferam) in qua ad Thermopylas. nam illi in ſemita a Perſis circumventi, perierunt. Et iſti, cum undique telis jam peterentur, *hoſti* diutius reſiſtere non potuerunt; ſed pauci cum multis dimicantes, et ob inediam corpore languentes, cedere coeperunt: et Athenienſes omni acceſſu jam potiebantur.

37. Cum autem Cleon et Demosthenes animadverterent illos, quo magis cederent, *eo magis* a suis copiis interfectum iri, pugnam sedarunt, suosque prohibuerunt; quod illos vivos ad Athenienses ducere cuperent, si forte, audita caduceatoris voce, frangerentur animis ad arma tradenda, et praesenti calamitatis gravitate vincerentur: et per praeconem edixerunt, nunquid arma, et se ipsos Atheniensibus dedere vellent, ea conditione, ut Athenienses arbitratu suo de ipsis statuerent.

38. Illi vero, audito hoc edicto, plerique clypeos deposuerunt, et manus quassarunt, significantes, se accipere conditiones sibi per praeconis vocem oblatas. Postea vero factis induciis, in colloquium venerunt Cleon et Demosthenes, et ex illis, Styphon Pharacis *filius*, quod Epitadas, qui erat ex superioribus ducibus, jam defunctus esset, Hippagretes, qui in ejus locum fuerat suffectus, adhuc superstes inter defunctos tanquam mortuus jaceret, ipse tertius designa-

λζʹ. Γνȣ̀ς δὲ ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης ὅτι εἰ καὶ ὁποσονȣ̃ν μᾶλλον ἐνδώσȣσι, διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας ϛρατιᾶς, ἔπαυσαν τὴν μάχην, καὶ τȣ̀ς ἑαυτῶν ἀπεῖρξαν, βȣλόμενοι ἀγαγεῖν αὐτȣ̀ς Ἀθηναίοις ζῶντας, εἴπως τȣ̃ κηρύγματος ἀκȣ́σαντες ἐπικλασθεῖεν τῇ γνώμῃ τὰ ὅπλα παραδȣ̃ναι, καὶ ἡσσηθεῖεν τȣ̃ παρόντος δεινȣ̃. ἐκήρυξάν τε, εἰ βȣ́λοιντο τὰ ὅπλα παραδȣ̃ναι καὶ σφᾶς αὐτȣ̀ς Ἀθηναίοις, ὥϛε βȣλεῦσαι ὅ, τι ἂν ἐκείνοις δοκῇ.

λήʹ. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες, παρῆκαν τὰς ἀσπίδας οἱ πλεῖϛοι, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέσεισαν, δηλȣ̃ντες προσίεσθαι τὰ κεκηρυγμένα. μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ἀνακωχῆς ξυνῆλθον ἐς λόγȣς ὅ, τε Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης, καὶ ἐκείνων, Στύφων ὁ Φάρακος, τῶν πρότερον ἀρχόντων, τȣ̃ μὲν πρώτȣ τεθνηκότος Ἐπιτάδȣ, τȣ̃ δὲ μετ' αὐτὸν Ἱππαγρέτȣ ἐφῃρημένȣ, ἐν τοῖς νεκροῖς ἔτι ζῶντος κειμένȣ ὡς τεθνεῶτος, αὐτὸς τρίτος ἐφῃ-

ρημένος ἄρχειν κατὰ νόμον, εἴτι ἐκεῖνοι πάχοιεν. ἔλεγε δὲ ὁ Στύφων κὴ οἱ μετ' αὐτȣ͂ ὅτι βούλονται διακηρυκεύσασθαι πρὸς τȣ̀ς ἐν τῇ ἠπείρῳ Λακεδαιμονίȣς ὅ, τι χρὴ σφᾶς ποιεῖν. κὴ ἐκείνων μὲν ȣ̓δένα ἀφέντων, αὐτῶν δὲ τῶν Ἀθηναίων καλȣ́ντων ἐκ τῆς ἠπείρȣ κήρυκας, κὴ γενομένης ἐπερωτήσεως δὶς ἢ τρὶς, ὁ τελευταῖος διαπλεύσας αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρȣ Λακεδαιμονίων ἀνὴρ, ἀπήγγειλεν ὅτι, οἱ Λακεδαιμόνιοι κελεύȣσιν ὑμᾶς αὐτȣ̀ς περὶ ὑμῶν αὐτῶν βȣλεύεσθαι, μηδὲν αἰσχρὸν ποιȣ͂ντας. οἱ δὲ, καθ' ἑαυτȣ̀ς βȣλευσάμενοι, τὰ ὅπλα παρέδοσαν, κὴ σφᾶς αὐτȣ́ς. κὴ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν κὴ τὴν ἐπιȣ͂σαν νύκτα ἐν φυλακῇ εἶχον αὐτȣ̀ς οἱ Ἀθηναῖοι· τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τροπαῖον στήσαντες ἐν τῇ νήσῳ, τὰ ἄλλα διεσκευάζοντο ὡς ἐς πλȣ͂ν, κὴ τȣ̀ς ἄνδρας τοῖς τριηράρχοις διεδίδοσαν ἐς φυλακήν. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, κήρυκα πέμψαντες, τȣ̀ς νεκρȣ̀ς διεκομίσαν-

tus, qui legitimum imperium obtineret, si quid humanitus ipsis accidisset. Styphon autem, et qui cum eo erant, dixerunt, se velle per praecones agere cum Lacedaemoniis, qui in continente erant, quid sibi faciendum esset. Cum autem Athenienses nullum quidem illorum proficisci permisissent, sed ipsi ex continente caduceatores evocassent; et bis, terve *Lacedaemonii suos* interrogassent: postremus, qui a Lacedaemoniis ex continente missus ad eos navigavit, *haec* renunciavit, Lacedaemonios jubere vos ita vobis ipsis consulere, ut nullum dedecus admittatis. Illi vero, consilio inter se inito, arma et se ipsos dediderunt. Illum autem diem, et noctem insequentem Athenienses eos in custodia tenuerunt. Postridie vero Athenienses quidem, trophaeo in insula statuto, caetera ad navigationem *necessaria* pararunt, et captivos trierarchis asservandos distribuerunt. Lacedaemonii vero, misso caduceatore, suorum cadavera receperunt. Tot au-

tem in insula partim obierunt, partim vivi capti fuerunt. Universi quidem, qui in insulam transierant, erant quadringenti, et viginti gravis armaturae milites. Ex hoc numero *Athenas* vivi delati fuerunt trecenti minus octo, caeteri caesi fuerunt. Inter hos autem, qui vivi capti fuerant, erant Spartani ad centum et viginti. Ex Atheniensibus vero, non multi perierunt. Pugna enim non fuit stataria.

39. Tempus autem universum, quo illi in insula fuerunt obsessi, a pugna navali usque ad proelium in insula commissum, fuerunt duo et septuaginta dies. Et spatio dierum circiter viginti, quibus legati foederum causa abierant, frumentum acceperunt. reliquis vero *diebus*, ab illis, qui clam navigabant, nutriti fuerunt. Et frumenti ac aliorum esculentorum reliquiae in insula relictae fuerunt. nam Epitadas dux unicuique parcius haec quam pro copia praebebat. Athenienses igitur et Peloponnesii cum suis utrique copiis, e Pylo domum redierunt. Et Cleo-

το. ἀπέθανον δ' ἐν τῇ νήσῳ, κ) ζῶντες ἐλήφθησαν τοσοίδε· εἴκοσι μὲν ὁπλῖται διέβησαν καὶ τετρακόσιοι οἱ πάντες· τούτων ζῶντες ἐκομίσθησαν ὀκτὼ ἀποδέοντες τριακόσιοι, οἱ δὲ ἄλλοι ἀπέθανον. κ) Σπαρτιάται τούτων ἦσαν τῶν ζώντων περὶ εἴκοσι κ) ἑκατόν. Αθηναίων δὲ οὐ πολλοὶ διεφθάρησαν· ἡ γὰρ μάχη οὐ σαδία ἦν.

λθ'. Χρόνος δὲ ὁ ξύμπας ἐγένετο ὅσον οἱ ἄνδρες οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἐπολιορκήθησαν, ἀπὸ τῆς ναυμαχίας μέχρι τῆς ἐν τῇ νήσῳ μάχης, ἑβδομήκοντα ἡμέραι καὶ δύο. τούτων περὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἐν αἷς οἱ πρέσβεις περὶ τῶν σπονδῶν ἀπῆσαν, ἐσιτοδοτοῦντο· τὰς δὲ ἄλλας τοῖς ἐσπλέουσι λάθρα διετρέφοντο. κ) ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ, κ) ἄλλα βρώματα ἐγκατελείφθη· ὁ γὰρ ἄρχων Επιτάδας ἐνδεεστέρως ἑκάστῳ παρεῖχεν ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν. οἱ μὲν δὴ Αθηναῖοι κ) οἱ Πελοποννήσιοι ἀνεχώρησαν τῷ στρατῷ ἐκ τῆς Πύλου ἑκάτεροι ἐπ' οἴκου. καὶ τοῦ Κλέωνος

καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη. ἐντὸς γὰρ εἴκοσιν ἡμερῶν ἤγαγε τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ ὑπέστη.

119. Atque haec sunt pacta et conventa, quae inter Lacedaemonios et Athenienses ac utrorumque socios facta, ac de communi utrorumque sententia jurata fuerunt, Gerastii apud Lacedaemonios mensis die duodecimo. Horum autem pactorum et conventorum autores *ac sponsores* exstiterunt ex Lacedaemoniis isti, Taurus Echetimidae, Athenaeus Pericleidae, Philocharidas Eryxidaïdae. Ex Corinthiis, Aeneas Ocytae, Euphamidas Aristonymi. Ex Sicyoniis, Damotimus Naucratis, Onasimus Megaclis. Ex Megarensibus, Nicasus Cecali, Menecrates Amphidori. Ex Epidauriis, Amphias Eupacidae. Ex Atheniensibus Imperatores, Nicostratus Diotrephis, Nicias Nicerati, Autocles Tolmaei *filius*. Atque hae quidem induciae factae sunt, et quamdiu du-

‘ λεύσασθαι Ἀθηναίους, καθότι ἂν εἰσίῃ ἡ
‘ πρεσβεία περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πο-
‘ λέμου. σπείσασθαι δὲ αὐτίκα μάλα τὰς
‘ πρεσβείας ἐν τῷ δήμῳ τὰς παρούσας, ἦ
‘ μὴν ἐμμενεῖν ἐν ταῖς σπονδαῖς τὸν ἐνι-
‘ αυτόν.’

ριθ΄. Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ
ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Ἀθηναίοις καὶ
τοῖς ξυμμάχοις, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γε-
ραστίου ωδεκάτῃ. ξυνετίθεντο δὲ καὶ ἐσπέν-
δοντο Λακεδαιμονίων μὲν, οἵδε, Ταῦρος Ε-
χελιμίδα, Ἀθήναιος Περικλείδα, Φιλοχα-
ρίδας Ερυξιδαΐδα. Κορινθίων δὲ, Αἰνέας
Ωκύτου, Εὐφαμίδας Ἀριστωνύμου. Σικυωνί-
ων δὲ, Δαμότιμος Ναυκράτους, Ονάσιμος
Μεγακλέους· Μεγαρέων δὲ, Νίκασος Κε-
κάλου, Μενεκράτης Ἀμφιδώρου· Ἐπιδαυρί-
ων δὲ, Ἀμφίας Εὐπαιΐδα. Ἀθηναίων δὲ οἱ
στρατηγοὶ, Νικόστρατος Διϊτρέφους, Νικίας
Νικηράτου, Αὐτοκλῆς Τολμαίου. Ἡ μὲν
δὴ ἐκεχειρία, αὕτη ἐγένετο, καὶ ξυνῄεσαν ἐν

αὐτῇ περὶ τῶν μειζόνων σπονδῶν διὰ παντὸς ἐς λόγȣς.

ρκ'. Περὶ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας αἷς ἐπήρχοντο, Σκιώνη ἐν τῇ Πελλήνῃ πόλις ἀπέςη ἀπ' Ἀθηναίων πρὸς Βρασίδαν. φασὶ δὲ οἱ Σκιωναῖοι, Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου, πλέοντας δ' ἀπὸ Τροίας σφῶν τȣ̀ς πρώτȣς καλενεχθῆναι ἐς τὸ χωρίον τȣ̃το, τῷ χειμῶνι ᾧ ἐχρήσαντο Ἀχαιοὶ, ϗ αὐτȣ̃ οἰκῆσαι. ἀποςᾶσι δ' αὐτοῖς ὁ Βρασίδας διέπλευσε νυκτὸς ἐς τὴν Σκιώνην, τριήρει μὲν φιλίᾳ προπλεȣ́σῃ, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄπωθεν ἐφεπόμενος, ὅπως εἰ μέν τινι τȣ̃ κέλητος μείζονι πλοίῳ περιτυγχάνοι, ἡ τριήρης ἀμύνοι αὐτῷ ἀντιπάλȣ δὲ ἄλλης τριήρȣς ἐπιγενομένης, ȣ̓ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, ϗ ἐν τȣ́τῳ αὐτὸν διασώσειν. περαιωθεὶς δὲ, ϗ ξύλλογον ποιήσας τῶν Σκιωναίων, ἔλεγεν ἅ, τε ἐν τῇ Ἀκάνθῳ ϗ Τορώνῃ ϗ προσέτι φάσκων ἀξιωλάτȣς αὐ-

rarunt, *utrique* in colloquium de rerum majorum foederibus perpetuo venerunt.

120. Per hos autem dies, quibus *alteri ad alteros* adibant, Scione apud Pellenen civitas ab Athenienſibus ad Braſidam defecit. Scionaei autem ſe Pellenenſes quidem eſſe dicunt, ex Peloponneſo *oriundos*; ſed ſuos majores, cum a Troja navigarent, tempeſtate, qua Achivi jactati fuerunt, in eum locum delatos fuiſſe, ibique ſedes poſuiſſe. Cum autem illi defeciſſent, Braſidas noctu Scionem trajecit, triremi quidem ſocia praeeunte, ipſe vero celoce vectus eminus *eam* ſequens, ut, ſi forte in aliquod navigium *ſua* celoce majus incideret, triremis opem ipſi ferret: ſi vero alia pari magnitudine triremis adveniſſet, exiſtimabat *illam* non recta venturam contra minus *navigium*, ſed contra triremem, et ſe interea ſaluti ſuae conſulturum. Cum autem *eo* trajeciſſet, et Scionaeorum concionem advocaſſet, eadem *ibi* dixit, quae et Acanthi, et Toronae. Addebat praeterea ipſos maxima laude dignos

esse, qui, cum Pellene in Isthmo ab Atheniensibus Potidaeam tenentibus sit intercepta, cumque nihil aliud sint, quam insulani, tamen sua sponte ad libertatem transierint, neque per ignaviam exspectarint, ut sibi necessitas imponeretur, qua manifestum domesticum bonum sequi cogerentur. Hoc autem argumento esse, ipsos vel ad quodvis aliud summum discrimen fortiter subeundum paratos fore, si res ex animi sententia constituantur: ac re vera se fidelissimos Lacedaemoniorum amicos illos existimaturum esse, et aliis honoribus affecturum.

121. Scionaei autem hujus verbis elati sunt, omnesque pariter animis confirmati, vel illi, quibus ante res, quae gerebantur, minime placebant, et bellum alacriter ferre constituerunt, et Brasidam cum aliis rebus honorifice acceperunt, tum etiam publice quidem aurea corona redimierunt, ut Graeciae liberatorem, privatim vero taeniis coronabant, et ad *ipsum* ut ad athletam *victorem officii caussa* accedebant. Ille vero con-

τοὺς εἶναι ἐπαίνου, οἵτινες, τῆς Πελλήνης ἐν τῷ ἰσθμῷ ἀπειλημμένης ὑπὸ Ἀθηναίων Ποτίδαιαν ἐχόντων, καὶ ὄντες οὐδὲν ἄλλο ἢ νησιῶται, αὐτεπάγγελτοι ἐχώρησαν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, καὶ οὐκ ἀνέμειναν ἀτολμίᾳ ἀνάγκην σφίσι προσγενέσθαι περὶ τοῦ φανερῶς οἰκείου ἀγαθοῦ. σημεῖόν τ᾽ εἶναι τοῦ καὶ ἄλλο τι ἂν αὐτοὺς τῶν μεγίστων ἀνδρείως ὑπομεῖναι, εἰ τεθήσεται κατὰ νοῦν τὰ πράγματα· πιστοτάτους τε τῇ ἀληθείᾳ ἡγήσεσθαι αὐτοὺς Λακεδαιμονίων φίλους, καὶ τἄλλα τιμήσειν.

ρκα΄. Καὶ οἱ μὲν Σκιωναῖοι, ἐπήρθησάν τε τοῖς λόγοις, καὶ θαρσήσαντες πάντες ὁμοίως, καὶ οἷς πρότερον μὴ ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα, τόν τε πόλεμον διενοοῦντο προθύμως οἴσειν, καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ᾽ ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο, καὶ δημοσίᾳ μὲν, χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα, ἰδίᾳ δὲ, ἐταινίουν τε, καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ. ὁ δὲ, τό, τε παραυτίκα φυλα-

κήν τινα αὐτοῖς ἐγκαταλιπὼν, διέβη πάλιν. καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ στρατιὰν πλείω ἐπεραίωσε, βουλόμενος μετ' αὐτῶν τῆς τε Μένδης καὶ τῆς Ποτιδαίας ἀποπειράσαι· ἡγούμενος καὶ τοὺς Ἀθηναίους βοηθῆσαι ἂν ὡς ἐς νῆσον, καὶ βουλόμενος φθάσαι. καί τι καὶ αὐτῷ ἐπράσσετο ἐς τὰς πόλεις ταύτας προδοσίας πέρι. καὶ ὁ μὲν ἔμελλεν ἐγχειρήσειν ταῖς πόλεσι ταύταις.

ρκϐʹ. Ἐν τούτῳ δὲ, τριήρει οἱ τὴν ἐκεχειρίαν περιαγγέλλοντες ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν, Ἀθηναίων μὲν, Ἀριστώνυμος, Λακεδαιμονίων δὲ, Ἀθήναιος. καὶ ἡ μὲν στρατιὰ πάλιν διέβη ἐς Τορώνην· οἱ δὲ τῷ Βρασίδᾳ ἀνήγγελλον τὴν ξυνθήκην· καὶ ἐδέξαντο πάντες οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ξύμμαχοι Λακεδαιμονίων τὰ πεπραγμένα. Ἀριστώνυμος δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις καθήνει, Σκιωναίους δὲ αἰσθόμενος ἐκ λογισμοῦ τῶν ἡμερῶν ὅτι ὕστερον ἀφεστήκοιεν, οὐκ ἔφη ἐνσπόνδους ἔσεσθαι. Βρασίδας δὲ ἀντέλεγε πολλὰ, ὡς

feſtim, quodam *non magno* praeſidio apud ipſos relicto, retro abiit. Nec multo poſt exercitum majorem *eo* trajecit, quod Menden et Potidaeam cum ipſis tentare vellet: exiſtimans et Athenienſes ad opem ipſis ferendam venturos, quippe quod inſulam incolerent, eosque antevertere cupiens. Quin etiam nonnullos in his civitatibus ad proditionem ſolicitabat. Atque ille quidem has civitates aggreſſurus erat.

122. Sed interea ad eum veniunt cum triremi, qui inducias renuntiarent, ex Athenienſibus, Ariſtonymus, ex Lacedaemoniis, Athenaeus. Atque exercitus quidem Toronam reverſus eſt. Legati vero conventa Braſidae renunciarunt. Univerſi autem Lacedaemoniorum ſocii, qui in Thracia erant, res geſtas comprobarunt. Ariſtonymus autem caeteris quidem aſſentiebatur; ſed Scionaeos, quos ex dierum ſupputatione poſt initas inducias defeciſſe animadvertebat, foederis participes fore negabat. Braſidas vero contra multis verbis affirmabat, *Scionem* prius *defectionem feciſſe*, nec urbem dimittere volebat. Cum autem Ariſtonymus

haec de ipſis *Scionaeis* Athenas renunciaſſet, Athenienſes ad bellum Scionae confeſtim inferendum *animis* erant parati. Lacedaemonii vero, legatis *ad Athenienſes* miſſis, dicebant ipſos foedera violaturos, *ſi bellum Scionaeis inferrent*, urbemque *Scionam* ſibi vendicabant, ſidem Braſidae habentes. Et parati erant ad judicio de ipſa disceptandum. Illi vero judicio quidem *controverſiam committere, et rem in discrimen adducere, ac* periclitari nolebant, ſed primo quoque tempore bellum *Scionae* inferre *volebant:* irati quod jam vel inſularum incolae a ſe defectionem ſibi faciendam cenſerent, terreſtri Lacedaemoniorum potentia nihil *ipſis in rebus maritimis* profutura freti. Et profecto quod de defectione dicebatur, magis verum erat, quam vel ipſi Athenienſes cenſerent. Nam Scionaei duobus poſt *factas inducias* diebus defecerant. Confeſtim autem in Cleonis ſententiam decretum fecerunt de expugnandis occidendisque Scionaeis; et a caeteris *belli partibus* abstinentes, *ad hanc unam ſe converterunt, et* ad hoc *peragendum* ſe praeparare coeperunt.

πρότερον, καὶ οὐκ ἀφίει τὴν πόλιν. ὡς δ' ἀπήγγελλεν ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Ἀριστώνυμος περὶ αὐτῶν, οἱ Ἀθηναῖοι εὐθὺς ἕτοιμοι ἦσαν στρατεύειν ἐπὶ τὴν Σκιώνην. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες, παραβήσεσθαι ἔφασαν αὐτοὺς τὰς σπονδὰς, καὶ τῆς πόλεως ἀντεποιοῦντο, Βρασίδᾳ πιστεύοντες. δίκῃ τε ἕτοιμοι ἦσαν περὶ αὐτῆς κρίνεσθαι. οἱ δὲ, δίκῃ μὲν οὐκ ἤθελον κινδυνεύειν, στρατεύειν δὲ ὡς τάχιστα. ὀργὴν ποιούμενοι εἰ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις ἤδη ὄντες ἀξιοῦσι σφῶν ἀφίστασθαι, τῇ κατὰ γῆν Λακεδαιμονίων ἰσχύϊ ἀνωφελεῖ πιστεύοντες. εἶχε δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια περὶ τῆς ἀποστάσεως μᾶλλον ἢ οἱ Ἀθηναῖοι ἐδικαίουν. δύο γὰρ ἡμέραις ὕστερον ἀπέστησαν οἱ Σκιωναῖοι. ψήφισμά τ' εὐθὺς ἐποιήσαντο, Κλέωνος γνώμῃ πεισθέντες, Σκιωναίους ἐξελεῖν τε καὶ ἀποκτεῖναι. καὶ τἄλλα ἡσυχάζοντες, ἐς τοῦτο παρεσκευάζοντο.

ρκγ'. Εν τούτῳ δὲ Μένδη ἀφίςαται αὐτῶν, πόλις ἐν τῇ Παλλήνῃ, Ερετριέων ἀποικία. κ) αὐτοὺς ἐδέξατο ὁ Βρασίδας, οὐ νομίζων ἀδικεῖν, ὅτι ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ φανερῶς προσεχώρησαν. ἔςι γὰρ ἃ καὶ αὐτὸς ἐνεκάλει τοῖς Αθηναίοις παραβαίνειν τὰς σπονδάς. διὸ καὶ οἱ Μενδαῖοι μᾶλλον ἐτόλμησαν, τήν τε τȣ̃ Βρασίδου γνώμην ὁρῶντες ἑτοίμην, τεκμαιρόμενοι καὶ ἀπὸ τῆς Σκιώνης, ὅτι οὐ προὐδίδου. καὶ ἅμα τῶν πρασσόντων σφίσιν ὀλίγων τε ὄντων, καὶ ὡς τότε ἐμέλλησαν, ȣ̉κέτι ἀνέντων, ἀλλὰ περὶ σφίσιν αὐτοῖς φοβȣμένων τὸ κατάδηλον, καὶ καταβιασαμένων παρὰ γνώμην τοὺς πολλούς. οἱ δὲ Αθηναῖοι, εὐθὺς πυθόμενοι, πολλῷ ἔτι μᾶλλον ὀργισθέντες, παρεσκευάζοντο ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς πόλεις. κ) Βρασίδας, προσδεχόμενος τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, ὑπεκκομίζει ἐς Ολύνθον τὴν Χαλκιδικὴν παῖδας καὶ γυναῖκας τῶν Σκιωναίων κ) Μενδαίων.

123. Interea vero Mende urbs, quae erat sita in Pallene, Eretriensium colonia, defecit. Brasidas autem ipsos *Mendaeos in fidem suam* recepit, non existimans, se injuste facere, quia Mendaei induciarum factarum tempore aperte *et sine proditione* deditionem fecerant. Habebat enim et ipse, quod vicissim crimini daret Atheniensibus de foederibus violatis. Quamobrem etiam Mendaei *hoc facere* magis sunt ausi, tum quia propensum Brasidae animum videbant; et ex ipsa Scione conjecturam facientes, quia *Brasidas eam* non prodebat, tum etiam quia qui *proditionem* cum ipsis moliebantur, quamvis pauci essent, tamen (quia rem semel susceptam, quam tunc peracturi erant, amplius intermittere nolebant; sed sibi ipsis metuebant, ne patefierent) plebem praeter *omnium* opinionem superaverant. Athenienses autem, cum protinus *haec* accepissent, multo magis irritati, se adversus utramque civitatem instruebant. Brasidas vero, cum infestum ipsorum classis adventum exspectaret, Scionaeorum et Mendaeorum liberos et conjuges in Chalcidicam Olynthum subduxit.

Et ad ipsos *praesidii causa* misit quingentos gravis armaturae milites Peloponnesios, et trecentos peltatos Chalcidenses, cum Polydamida *ipsorum* universorum praefecto. Atque hi quidem, quod Athenienses propediem adfuturos exspectarent, res suas communiter adornabant.

124. Brasidas vero et Perdiccas interea copiis conjunctis bellum Arrhibaeo rursus ad Lyncum intulerunt. Et duxerunt, hic quidem, copias Macedonum, quibus imperabat, et Graecorum *in Macedonia* habitantium milites. Ille vero, praeter Peloponnesiorum reliquias, quas illic habebat, Chalcidenses, et Acanthios, et ex aliis *populis*, pro cujusque facultate *ac potentia*. Universarum autem Graecarum copiarum erant fere tria millia. Equites vero universi, qui sequebantur, Macedonum cum Chalcidensibus, erant paulo pauciores quam mille. Et barbarorum alia manus permulta. Cum autem in Arrhibaei *regionem* irrupissent, et Lyncestas castra sibi opposita habentes invenissent, ipsi quoque castra *illis* opposita fecerunt. Cum autem pedites quidem u-

ϰ) τῶν Πελοποννησίων αὐτοῖς πενταϰοσίους ὁπλίτας διέπεμψε, ϰ) πελταςὰς τριαϰοσίȣς Χαλϰιδέων. ἄρχοντά τε τῶν ἁπάντων Πολυδαμίδαν. ϰ) οἱ μὲν, τὰ περὶ σφᾶς αὐτȣς, ὡς ἐν τάχει παρεσομένων τῶν Αθηναίων, ϰοινῇ εὐτρεπίζοντο.

ρκδ´. Βρασίδας δὲ ϰ) Περδίϰϰας ἐν τούτῳ ςρατεύȣσιν ἅμα ἐπὶ Αῤῥίϐαιον τοδεύτερον ἐς Λύγϰον. ϰ) ἦγον, ὁ μὲν, ὧν ἐϰράτει Μαϰεδόνων τὴν δύναμιν, ϰαὶ τῶν ἐνοιϰȣ́ντων Ἑλλήνων ὁπλίτας. ὁ δὲ, πρὸς τοῖς αὐτȣ̃ περιλοίποις τῶν Πελοποννησίων, Χαλϰιδέας, ϰ) Αϰανθίȣς, ϰ) τῶν ἄλλων ϰατὰ δύναμιν ἑϰάςων. ξύμπαν δὲ τὸ ὁπλιτιϰὸν τῶν Ἑλλήνων, τρισχίλιοι μάλιςα. ἱππῆς δ᾽ οἱ πάντες ἠϰολȣ́θȣν Μαϰεδόνων ξὺν Χαλϰιδεῦσιν ὀλίγῳ ἐς χιλίους, ϰ) ἄλλος ὅμιλος τῶν βαρϐάρων πολύς. ἐσϐαλόντες δὲ ἐς τὴν Αῤῥιϐαίȣ, ϰ) εὑρόντες ἀντεςρατοπεδευμένους αὐτοῖς τοὺς Λυγϰηςὰς, ἀντεϰαθέζοντο ϰ) αὐτοί. ϰ) ἐχόντων

τῶν μὲν πεζῶν λόφον ἑκατέρωθεν, πεδίου δὲ τοῦ μέσου ὄντος, οἱ ἱππῆς ἐς αὐτὸ καταδραμόντες, ἱππομάχησαν πρῶτα ἀμφοτέρων. ἔπειτα δὲ καὶ ὁ Βρασίδας καὶ ὁ Περδίκκας, προελθόντων προτέρων ἀπὸ τοῦ λόφου μετὰ τῶν ἱππέων τῶν Λυγκηστῶν ὁπλιτῶν, καὶ ἑτοίμων ὄντων μάχεσθαι, ἀντεπαγαγόντες καὶ αὐτοὶ ξυνέβαλον, καὶ ἔτρεψαν τοὺς Λυγκηστάς. καὶ πολλοὺς μὲν διέφθειραν, οἱ δὲ λοιποὶ διαφεύγοντες πρὸς τὰ μετέωρα, ἡσύχαζον. μετὰ δὲ τοῦτο, τροπαῖον στήσαντες, δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἐπέσχον, τοὺς Ἰλλυριοὺς μένοντες, οἳ ἔτυχον τῷ Περδίκκᾳ μισθοῦ μέλλοντες ἥξειν· ἔπειτα ὁ Περδίκκας ἐβούλετο προϊέναι ἐπὶ τὰς τοῦ Ἀῤῥιβαίου κώμας, καὶ μὴ καθῆσθαι. Βρασίδας δὲ τῆς τε Μένδης περιορώμενος, μὴ τῶν Ἀθηναίων πρότερον ἐπιπλευσάντων τὶ πάθῃ, καὶ ἅμα τῶν Ἰλλυριῶν οὐ παρόντων, οὐ πρόθυμος ἦν, ἀλλὰ ἀναχωρεῖν μᾶλλον.

trinque collem haberent, *in quo confederant*, planities vero *inter utraque caſtra* interjaceret, equites in eam decurrentes, utrinque primum equeſtre proelium commiſerunt. Deinde vero Braſidas et Perdiccas, cum Lynceſtarum gravis armaturae milites cum equitibus ex *ſuo* colle priores proceſſiſſent, et ad proelium committendum eſſent parati, et ipſi viciſſim ſuas copias adverſus *eos* produxiſſent, conflixerunt, et Lynceſtas fugaerunt. Et multos quidem interfecerunt, caeteri vero in editiora loca diffugientes, *ibi* quieſcebant, *et ab armis abstinebant*. Poſtea vero, *Braſidas et Perdiccas* erecto trophaeo biduum triduumve ſubſtiterunt, opperientes Illyrios, qui, a Perdicca mercede conducti, venturi erant. Deinde Perdiccas *quidem* adverſus Arrhibaei pagos progredi, neque ſubſidere *tempusque terere* volebat. Braſidas vero de Mende ſolicitus, tum ne, ſi prius, *quam ipſe eo perveniſſet*, Athenienſes infeſta claſſe *illuc* appuliſſent, aliquam cladem acciperet, tum etiam quod Illyrii non adeſſent, non *ad progrediendum*, ſed ad regrediendum potius erat animo paratus.

125. Interea vero, dum ipſi inter ſe contenderent, nunciatum eſt Illyrios, etiam prodito Perdicca cum Arrhibaeo ſe conjunxiſſe. Quare cum utrique propter ipſorum metum, quod eſſent homines bellicoſi, recedere jam placeret: ſed propter contentionem nihil certi conſtitutum eſſet, quando inde diſcedendum eſſet, cumque nox interveniſſet, Macedones quidem et barbarorum multitudo, ſubito timore perculſi (id quod magnis exercitibus contingere conſuevit, qui incertis de cauſis *ſaepe* animis conſternantur) et exiſtimantes, longe plures *hoſtes* contra ſe venire, quam *reapſe* veniebant, ac jamjam adfore, ſe in repentinam fugam conjicientes domum tendebant. Et Perdiccam, qui *fugam ipſorum* initio non ſenſerat, ubi reſcivit, antequam Braſidam videret, *et rem cum ipſo communicaret* (alter enim ab altero caſtra valde procul habebat) *illinc* ocius abire coëgerunt. Braſidas vero ſimul ac dies illuxit, cum animadvertiſſet, Macedones jam diſceſſiſſe, et Illyrios ac Arrhibaeum contra ſe venturos, ipſe quoque gravis armaturae militibus in agmen quadratum coactis, et levis armaturae militibus

ρκέ. Καὶ ἐν τούτῳ διαφερομένων αὐτῶν ἠγγέλθη, ὅτι καὶ οἱ Ιλλυριοὶ μετ' Αῤῥιβαίου προδόντες Περδίκκαν γεγένηνται. ὥστε ἤδη ἀμφοτέροις μὲν δοκοῦν ἀναχωρεῖν, διὰ τὸ δέος αὐτῶν, ὄντων ἀνθρώπων μαχίμων. κυρωθὲν δὲ οὐδὲν, ἐκ τῆς διαφορᾶς, ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι, νυκτός τε ἐπιγενομένης, οἱ μὲν Μακεδόνες, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων εὐθὺς φοβηθέντες (ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα σαφῶς ἐκπλήγνυσθαι) καὶ νομίσαντες πολλαπλασίους μὲν ἢ ἦλθον ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὐδέπω παρεῖναι, καταστάντες ἐς αἰφνίδιον φυγὴν, ἐχώρουν ἐπ' οἴκου. καὶ τὸν Περδίκκαν τοπρῶτον οὐκ αἰσθανόμενον, ὡς ἔγνω, ἠνάγκασαν, πρὶν τὸν Βρασίδαν ἰδεῖν (ἄπωθεν γὰρ πολὺ ἀλλήλων ἐστρατοπεδεύοντο) προαπελθεῖν. Βρασίδας δὲ ἅμα τῇ ἕῳ ὡς εἶδε τοὺς Μακεδόνας προκεχωρηκότας, τούς τε Ιλλυριοὺς καὶ τὸν Αῤῥίβαιον μέλλοντας ἐπιέναι, ξυναγαγὼν καὶ αὐτὸς ἐς τετράγωνον

τάξιν τοὺς ὁπλίτας, καὶ τὸν ψιλὸν ὅμιλον ἐς μέσον λαβὼν, διενοεῖτο ἀναχωρεῖν. ἐκδρόμους δὲ, εἴπη προσβάλλοιεν αὐτοῖς, ἔταξε τοὺς νεωτάτους. καὶ αὐτὸς λογάδας ἔχων τριακοσίους, τελευταῖος γνώμην εἶχεν, ὑποχωρῶν τοῖς τῶν ἐναντίων πρώτοις προσκεισομένοις, ἀνθιστάμενος ἀμύνεσθαι. καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐγγὺς εἶναι, ὡς διὰ ταχέων, παρεκελεύσατο τοῖς στρατιώταις τοιάδε.

ρκϛ'. 'ΕΙ μὲν μὴ ὑπώπτευον, ἄνδρες
'Πελοποννήσιοι, ὑμᾶς τῷ τε μεμονῶσθαι,
'καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες, καὶ πολ-
'λοὶ, ἔκπληξιν ἔχειν, οὐκ ἂν ὁμοίως δι-
'δαχὴν ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐποιού-
'μην. νῦν δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόλειψιν τῶν
'ἡμετέρων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντί-
'ων, βραχεῖ ὑπομνήματι καὶ παραινέ-
'σει τὰ μέγιστα πειράσομαι πείθειν. ἀ-
'γαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πο-
'λέμια, οὐ διὰ ξυμμάχων παρουσίαν ἑ-
'κάστοτε, ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀρετήν. καὶ

in medium *agmen* receptis, *illinc* recedere cogitabat. Juniores autem difpofuit ad excurfiones faciendas, fiqua *hoftes* ipfos invaderent. Ipfe vero cum delecta trecentorum manu in animo habebat, poftremus *et in noviffimo agmine fubfiftens*, primis quibusque adverfariorum impreffionem *in fuos* facturis refiftere, eosque propulfando fe fubducere: et antequam hoftes appropinquarent, pro facultate, quam ipfi temporis anguftiae dabant, fuos milites *ad rem fortiter gerendam* adhortatus eft, his verbis:

126. 'Nifi ego fufpicarer, viri Peloponnefii, terrore vos effe perculfos, tum quod derelicti fimus, tum etiam quod barbari, iique magno numero contra nos veniant, non ita vos docerem pariter ac adhortarer. jam vero quod ad noftrorum defertionem et ad hoftium multitudinem attinet, vobis, quae maxima funt, brevi admonitione et adhortatione perfuadere conabor. Vos enim in rebus bellicis ftrenuos effe convenit, non femper propter fociorum praefentiam, fed propter virtutem vobis infitam; nec aliorum multitudinem extimefce-

' re. quippe qui venitis ex ejusmodi rebus-' publicis, in quibus non multi paucis, ſed ' potius pauciores pluribus imperant; qui ' nulla alia ratione principatum ſunt adepti, ' quam quod *hoſtes* proeliando ſuperarint. ' Barbaros autem (quos propter imperitiam, ' *quod eorum nullum periculum adhuc feceri-* ' *tis*, nunc formidatis) cum ex iis, quae in ' Macedonum gratiam in proelio ante cum ' ipſis commiſſo feciſtis, tum ex iis, quae e-' go partim conjectura, partim fama intelli-' go, ſcire debetis non fore formidabiles, *ac* ' *proinde nequaquam extimeſcendos*. Quot-' quot enim hoſtes re vera ſunt infirmi, et ' tamen roboris ſpeciem habent, ſi vera de ' illis experientia accedat, *et ipſorum infir-* ' *mitas explorate, facto periculo, cognoſca-* ' *tur*, adverſarios magis confirmant. Qui-' bus vero aliqua fortitudo conſtanter adeſt, ' ſi quis *eam* ante non noverit, in eos auda-' cius feratur. Iſti vero, antequam proeli-' um ineant, illis ſunt formidabiles, qui ip-' ſos nondum ſunt experti. Nam ipſo mul-' titudinis aſpectu ſunt terribiles, et vocife-' rationis magnitudine ſunt intolerabiles. Et ' inanis illa armorum concuſſio quandam

‘ μηδὲν πλῆθος πεφοβῆσθαι ἑτέρων. οἵγε
‘ μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιέτων ἥκετε ἐν
‘ αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ
‘ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους· οὐκ ἄλλῳ
‘ τινὶ κλησάμενοι τὴν δυναςείαν, ἢ τῷ μα-
‘ χόμενοι κρατεῖν. βαρβάρους δὲ, οὓς νῦν
‘ ἀπειρίᾳ δέδιτε, μαθεῖν χρὴ ἔξ ὧν τε
‘ προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν, ϗ
‘ ἀφ’ ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε, καὶ ἄλλων ἀ-
‘ κοῇ ἐπίςαμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. ϗ
‘ γὰρ ὅσα μὲν τῷ ὄντι ἀσθενῆ ὄντα τῶν
‘ πολεμίων δόκησιν ἔχει ἰχύος, διδαχὴ
‘ ἀληθὴς προσγενομένη περὶ αὐτῶν, ἐθάρ-
‘ συνε μᾶλλον τους ἀμυνομένους. οἷς δὲ
‘ βεβαίως τὶ πρόσεςιν ἀγαθὸν, μὴ προει-
‘ δώς τις ἂν αὐτοῖς τολμηρότερον προσ-
‘ φέροιτο. οὗτοι δὲ τὴν μέλλησιν μὲν ἔ-
‘ χουσι τοῖς ἀπείροις φοβεράν. καὶ γὰρ
‘ πλήθει ὄψεως δεινοὶ, καὶ βοῆς μεγέθει
‘ ἀφόρητοι. ἥ τε διακενῆς ἐπανάσεισις τῶν

‘ ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς.
‘ προσμῖξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὰ οὐχ
‘ ὅμοιοι. οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, αἰσχυν-
‘ θεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμε-
‘ νοι. ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν,
‘ ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέ-
‘ λεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει. αὐτο-
‘ κράτωρ δὲ μάχη μάλιστ᾽ ἂν καὶ πρό-
‘ φασιν τοῦ σώζεσθαι τινὶ πρεπόντως πο-
‘ ρίσειε. τοῦ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν πιστό-
‘ τερον τὸ ἐκφοβήσειν ἡμᾶς ἀκινδύνως ἡ-
‘ γοῦνται. ἐκείνῳ γὰρ ἂν πρὸ τούτου ἐ-
‘ χρῶντο. σαφῶς τε πᾶν τὸ προϋπάρ-
‘ χον δεινὸν ἀπ᾽ αὐτῶν, ὁρᾶτε ἔργῳ μὲν
‘ βραχὺ ὄν, ὄψει δὲ καὶ ἀκοῇ κατα-
‘ σπέρχον. ὃ ὑπομείναντες ἐπιφερόμενον,
‘ καὶ ὅταν καιρὸς ᾖ, κόσμῳ καὶ τάξει
‘ αὖθις ὑπαγαγόντες, ἔς τε τὸ ἀσφα-
‘ λὲς θᾶσσον ἀφίξεσθε, καὶ γνώσεσθε τὸ-
‘ λοιπὸν ὅτι οἱ τοιοῦτοι ὄχλοι τοῖς μὲν

‘ minarum ſignificationem habet. Sed *hu-*
‘ *jusmodi homines* in ipſo conflictu adverſus
‘ eos, qui res iſtas *fortiter* ſuſtinent, haud
‘ tales ſe praeſtant, *quales ante congreſſum*
‘ *eſſe videbantur.* Cum enim nullum ordi-
‘ nem habeant, *nullamque militarem diſci-*
‘ *plinam ſervent,* haudquaquam eos pudebit
‘ locum deſerere, ſi *ab hoſtibus* premantur.
‘ Et cum fuga aeque honeſta et glorioſa
‘ ipſis videatur atque *hoſtium* aggreſſio, nul-
‘ lum etiam fortitudinis examen *apud ipſos*
‘ habeatur. Pugna autem, in qua unusquis-
‘ que rem arbitratu ſuo gerit, cuivis etiam
‘ ſalutis ſervato decoro quaerendae occaſio-
‘ nem facillime praebeat. Tutius autem
‘ exiſtimant, nos *eminus et* ſine periculo ter-
‘ refacere, quam nobiscum ad manus veni-
‘ re. Nam *ſi manus nobiscum conſerere tuti-*
‘ *us eſſe duxiſſent, quam eminus nos terrere,*
‘ *profecto jam* illa potius, quam iſta ratione
‘ uſi eſſent. Denique quicquid terroris hac-
‘ tenus *vobis* ab ipſis incuſſum eſt, manifeſte
‘ videtis re quidem ipſa leve eſſe; ſed aſpec-
‘ tu *tantum* et auditu terrorem *vobis* incute-
‘ re. Quem *inanem terrorem, ac impreſſio-*
‘ *nem* ingruentem ſi ſustinueritis, et, quum
‘ tempus fuerit, ſervata militari diſciplina

' ordinibusque servatis, retro vos subduxè-
' ritis, et in loca tuta citius pervenietis, et
' cognoscetis in posterum hujusmodi turbas;
' illis quidem qui primum *ipsarum* impetum
' sustinuerint, inani minarum strepitu for-
' titudinem ante conflictum eminus ostenta-
' re: illis vero, qui ipsis cesserint, animi
' strenuitatem extra periculum positas, prae-
' cipites demonstrare, *cedentium* tergis in-
' stantes, *ipsòrumque vestigia persequentes.*'

127. Brasidas *suos* his verbis adhortatus, exercitum pedetentim reducebat. Barbari autem, hoc animadverso, magna vociferatione ac tumultu ingruebant, existimantes eum fugere, et a se, ubi ipsum assequuti fuissent, interfectum iri *sperantes.* Sed cum et excursores, quacunque *barbari* impressionem facerent, ipsis occurrerent, *ac resisterent,* et ipse cum delecta *trecentorum* manu *ipsos* invadentes sustineret, ac praeter *ipsorum* opinionem, adversus primum impetum restitissent, et cum deinceps ipsorum quidem irruentium impetum exceptum propulsarent, ipsis vero cessantibus *nec ullam impressionem facientibus* pedem referrent, tunc vero plerique barbarorum a Graecis, qui cum Brasida in locis patentibus erant,

'τὴν πρώτην ἔφοδον δεξαμένοις, ἄπωθεν
'ἀπειλαῖς τὸ ἀνδρεῖον μελλήσει ἐπικομ-
'ποῦσιν. οἱ δ' ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς κατὰ
'πόδας, τὸ εὔψυχον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὀ-
'ξεῖς ἐνδείκνυνται.'

ρκζ'. Τοιαῦτα ὁ Βρασίδας παραινέσας, ὑπῆγε τὸ στράτευμα. οἱ δὲ Βάρβαροι ἰδόντες, πολλῇ βοῇ καὶ θορύβῳ προσέκειντο νομίσαντες φεύγειν τε αὐτὸν, καὶ καταλαβόντες διαφθείρειν. καὶ ὡς αὐτοῖς αἵ τε ἐκδρομαὶ, ὅπη προσπίπτοιεν, ἀπήντων, καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς λογάδας ἐπικειμένους ὑφίστατο, τῇ τε πρώτῃ ὁρμῇ παρὰ γνώμην ἀντέστησαν, καὶ τολοιπὸν ἐπιφερομένους, μὲν δεχόμενοι ἠμύνοντο, ἡσυχάζοντων δὲ αὐτοὶ ὑπεχώρουν, τότε δὴ τῶν μετὰ τοῦ Βρασίδου Ἑλλήνων ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ οἱ πόλλοι τῶν βαρβάρων ἀπέχοντο, μέρος δέ τι καταλιπόντες αὐτοῖς ἐπακολουθοῦν προσβάλλειν, οἱ λοι-

ποὶ χωρήσαντες δρόμῳ, ἐπί τε τοὺς φεύγοντας τῶν Μακεδόνων, οἷς ἐντύχοιεν, ἔκτεινον, καὶ τὴν ἐσβολὴν, ἥ ἐστι μεταξὺ δυοῖν λόφοιν στενὴ, ἐς τὴν Ἀῤῥιβαίου φθάσαντες προκατέλαβον, εἰδότες οὐκ οὖσαν ἄλλην τῷ Βρασίδᾳ ἀναχώρησιν. καὶ προσιόντος αὐτοῦ, ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ κυκλοῦνται ὡς ἀποληψόμενοι.

ρκή. Ὁ δὲ, γνοὺς, προεῖπε τοῖς μεθ' αὐτοῦ τριακοσίοις, ὃν ᾤετο μᾶλλον ἂν ἑλεῖν τῶν λόφων, χωρήσαντας πρὸς αὐτὸν δρόμῳ, ὡς τάχιστα ἕκαστος δύναται ἄνευ τάξεως, πειράσαι ἀπ' αὐτοῦ ἐκκροῦσαι τοὺς ἤδη ἐπιόντας βαρβάρους, πρὶν καὶ τὴν πλείονα κύκλωσιν σφῶν αὐτόσε προσμίξαι. καὶ οἱ μὲν, προσπεσόντες, ἐκράτησάν τε τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, καὶ ἡ πλείων ἤδη στρατιὰ τῶν Ἑλλήνων ῥᾷον πρὸς αὐτὸν ἐπορεύοντο. οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἐφοβήθησαν, τῆς τροπῆς αὐτοῖς ἐνταῦθα γενομένης σφῶν ἀπὸ τοῦ

ulterius persequendis abstinuerunt: sed cum quandam *suarum copiarum non magnam* partem reliquissent, quae ipsos *abeuntes* insequeretur ac aggrederetur, caeteri cursu contenderunt in fugientes Macedones, quorum ut in quemque incidebant, *eum* trucidabant. Et angustas fauces inter duos colles sitas, qua patet aditus in Arrhibaei *fines*, ocius praeoccuparunt, quia sciebant, nullam aliam esse viam, qua Brasidas *domum cum suis copiis* se recipere posset. Ipsumque jam appropinquantem in ipsis transitus angustiis, ut intercepturi, circumsistunt.

128. Ille vero hac re cognita, trecentis illis, quos secum ducebat, praecepit, ut in eum collem, quem facilius a se captum iri putabat, cursu contendentes, quanta maxima quisque celeritate posset, nullo ordine servato, barbaros jam contra se venientes illinc deturbare conarentur, priusquam major numerus *barbarorum*, qui suos circumvenire statuerant, eo conflueret. Atque illi quidem eos, qui in colle erant, impressione *in eos* facta superarunt, atque reliquus Graecorum exercitus in eum *collem* jam facilius ibat. Nam barbari territi sunt, suis illic in

fugam versis, et ex editiore loco pulsis. nec ulterius *Graecos* sunt persequuti, quod eos in *agri amici* confiniis jam esse, et evasisse arbitrarentur. Brasidas autem, ubi loca superiora nactus est, iter tutius faciens, eodem die primum pervenit Arnissam, quae Perdiccae imperio paret. Ipsique milites irati, quod Macedones priores recessissent, ut in quaeque incidebant inter eundum, vel plaustra boum, quae ad ipsos pertinebant, vel sarcinas, si quae deciderant, (ut in nocturno et pavoris pleno receptu contigisse credibile erat) illa quidem concidebant, solventes, illas vero sibi vendicabant. Atque hinc primum Perdiccas Brasidam hostem judicavit, et in posterum animo concepit odium in Peloponnesios, non consuetum illud quidem, propter Athenienses, *quos oderat*: sed propter sua necessaria commoda *ab ipsis* alienatus, operam dabat, ut quoquo modo quamprimum cum illis quidem compositionem faceret, ab his vero dissociaretur.

129. Brasidas vero ex Macedonia To-

μετεώρου. καὶ ἐς τὸ πλεῖον οὐκέτ' ἐπηκολούθουν νομίζοντες καὶ ἐν μεθορίοις εἶναι αὐτοὺς ἤδη, καὶ διαπεφευγέναι. Βρασίδας δὲ, ὡς ἀντελάβετο τῶν μετεώρων, κατὰ ἀσφάλειαν μᾶλλον ἰὼν, αὐθημερὸν ἀφικνεῖται εἰς Αρνισσαν πρῶτον, τῆς Περδίκκου ἀρχῆς. καὶ αὐτοὶ ὀργιζόμενοι οἱ στρατιῶται τῇ προαναχωρήσει τῶν Μακεδόνων, ὅσοις ἐνέτυχον κατὰ τὴν ὁδὸν ζεύγεσιν αὐτῶν βοεικοῖς, ἢ εἴ τινι σκεύει ἐκπεπτωκότι, (οἷα ἐν νυκτερινῇ καὶ φοβερᾷ ἀναχωρήσει εἰκὸς ἦν ξυμβῆναι) τὰ μὲν ὑπολύοντες κατέκοπτον, τῶν δὲ οἰκείωσιν ἐποιοῦντο. ἀπὸ τούτου τε πρῶτον Περδίκκας Βρασίδαν τε πολέμιον ἐνόμισε, καὶ ἐς τὸ λοιπὸν, Πελοποννησίων τῇ μὲν γνώμῃ δι' Αθηναίους οὐ ξύνηθες μῖσος εἶχε, τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστὰς, ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται.

ρκθ'. Βρασίδας δὲ, ἀναχωρήσας ἐκ Μα-

κεδονίας ἐς Τορώνην, καταλαμβάνει Ἀθηναίους Μένδην ἤδη ἔχοντας. καὶ αὐτοῦ ἡσυχάζων, ἐς μὲν τὴν Παλλήνην ἀδύνατος ἤδη ἐνόμιζεν εἶναι διαβὰς τιμωρεῖν, τὴν δὲ Τορώνην ἐν φυλακῇ εἶχεν. ὑπὸ γὰρ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῖς ἐν τῇ Λύγκῳ ἐξέπλευσαν ἐπί τε τὴν Μένδην καὶ τὴν Σκιώνην οἱ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ παρεσκευάζοντο, ναυσὶ μὲν πεντήκοντα, ὧν ἦσαν δέκα Χῖαι, ὁπλίταις δὲ χιλίοις, ἑαυτῶν, καὶ τοξόταις ἑξακοσίοις, καὶ Θρᾳξὶ μισθωτοῖς χιλίοις, καὶ ἄλλοις τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων πελτασταῖς. ἐστρατήγει δὲ Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ Νικόστρατος ὁ Διϊτρεφοῦς. ἄραντες δὲ ἐκ Ποτιδαίας ταῖς ναυσὶ, καὶ σχόντες κατὰ τὸ Ποσειδώνιον, ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. οἱ δὲ αὐτοί τε, καὶ Σκιωναίων τριακόσιοι, βεβοηθηκότες, Πελοποννησίων τε οἱ ἐπίκουροι, ξύμπαντες δὲ, ἑπτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ Πολυδαμίδας ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἔτυχον ἐξεστρατοπεδευμένοι ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ λόφου καρτεροῦ. καὶ αὐ-

tonen reverſus, offendit Menden ab Athenienſibus jam occupatam. Ibique ſubſidens, in Pallenen quidem propter virium imbecillitatem ad opem *Mendae* ferendam tunc ſe trajicere non poſſe ducebat: ſed Toronen praeſidio tuebatur. Nam ſub idem tempus, quo res apud Lyncum geſtae fuerunt, Athenienſes navalem expeditionem adverſus Menden et Scionen ſusceperunt, ad quam ſe prius accingebant, cum quinquaginta navibus, quarum decem erant Chiae, et cum mille gravis armaturae militibus de ſuis popularibus, et ſexcentis ſagittariis, et mille Thracibus mercede conductis, aliisque peltatis, quos illinc ex ſuis ſociis collegerant. Illis autem praeerat Nicias Nicerati, et Nicoſtratus Diotrephis *filius*. Cum autem a Potidaea cum claſſe ſolviſſent, et ad eam partem appuliſſent, ubi erat Neptuni templum, adverſus Mendaeos contenderunt. Ipſi autem *Mendaei*, et Scionaeorum trecenti, qui *Mendaeis* opem tulerant, et Peloponneſiorum auxiliarii milites, qui univerſi erant ſeptingenti gravis armaturae milites, et Polydamidas ipſorum dux, extra urbem in colle natura munito caſtra poſuerant. Et

Nicias quidem cum centum et viginti Methonaeis leviter armatis, et delectis sexaginta gravis armaturae militibus Atheniensibus, omnibusque sagittariis, quos secum ducebat, per quandam collis semitam ad ipsos accedere conatus, et ab ipsis vulneratus, deturbare non potuit. Nicostratus vero, cum alio itinere, quod longo distabat intervallo, cum omni reliquo exercitu collem accessu difficilem subiisset, vehementissime trepidavit, parumque abfuit, quin totus Atheniensium exercitus vinceretur. Atque eo quidem die, quod Mendaei eorumque socii loco non cessissent, Athenienses *illinc* digressi, castrametati sunt. Mendaei vero, cum nox advenisset, in urbem abierunt.

130. Postridie vero Athenienses quidem classe circumvecti ad eam partem, quae Scionen spectabat, et suburbana ceperunt, totumque diem illum in *ejus* agro vastando consumserunt, nemine contra prodeunte. Erat enim et nonnihil seditionis intra urbem. Illi vero trecenti Scionaei proxima

τοῖς Νικίας μὲν, Μεθωναίους τε ἔχων εἴ-
κοσι ϗ ἑκατὸν ψιλοὺς, ϗ λογάδας τῶν Α-
θηναίων ὁπλιτῶν ἑξήκοντα, ϗ τοὺς τοξότας
ἅπαντας, κατὰ ἀτραπόν τινα τοῦ λόφου
πειρώμενος προσβῆναι, ϗ τραυματιζόμενος
ὑπ' αὐτῶν, οὐκ ἠδυνήθη βιάσασθαι. Νικό-
στρατος δὲ, ἄλλῃ ἐφόδῳ ἐκ πλείονος παντὶ
τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἐπιὼν τῷ λόφῳ ὄν-
τι δυσπροσβάτῳ, ϗ πάνυ ἐθορυβήθη, ϗ ἐς
ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Α-
θηναίων νικηθῆναι. ϗ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ
ὡς οὐκ ἐνέδοσαν οἱ Μενδαῖοι ϗ οἱ ξύμμαχοι,
οἱ Ἀθηναῖοι ἀναχωρήσαντες ἐστρατοπεδεύ-
σαντο. ϗ οἱ Μενδαῖοι νυκτὸς ἐπελθούσης ἐς
τὴν πόλιν ἀπῆλθον.

ρλ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι
περιπλεύσαντες ἐς τὸ πρὸς Σκιώνης, τό,
τε προάστειον εἷλον, ϗ τὴν ἡμέραν ἅπασαν
ἐδῄουν τὴν γῆν, οὐδενὸς ἐπεξιόντος. ἦν γάρ τι
ϗ στασιασμοῦ ἐν τῇ πόλει. οἱ δὲ τριακόσιοι
τῶν Σκιωναίων τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀπε-

χώρησαν ἐπ' οἴκυ. κὴ τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικίας μὲν τῷ ἡμίσει τοῦ ϛρατοῦ προϊὼν ἅμα ἐς τὰ μεθόρια, τῶν Σκιωναίων τὴν γῆν ἐδῄυ. Νικόϛραλος δὲ τοῖς λοιποῖς καλὰ τὰς ἄνω πύλας, ᾗ ἐπὶ Πολιδαίας ἔρχονλαι, προσεκάθηλο τῇ πόλει. ὁ δὲ Πολυδαμίδας (ἔτυχε γὰρ ταύτῃ τοῖς Μενδαίοις κὴ ἐπικύροις ἐνλὸς τῦ τείχυς τὰ ὅπλα κείμενα) διατάσσει τε ὡς ἐς μάχην, κὴ παρῄνει τοῖς Μενδαίοις ἐπεξιέναι. καί τινος αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῦ δήμυ ἀντειπόνλος καλὰ τὸ ϛασιωλικὸν, ὅτι ὐκ ἐπέξεισιν, ὐδὲ δέοιλο πολεμεῖν· κὴ ὡς ἀντεῖπεν, ἐπισπαϑέντος τε τῇ χειρὶ ὑπ' αὐτῦ, κὴ ϑορυϐηθένλος, ὁ δῆμος εὐθὺς ἀναλαϐὼν τὰ ὅπλα, περὶ ὀργῆς ἐχώρει ἐπί τε Πελοποννησίυς, κὴ τὺς τὰ ἐναντία σφίσι μετ' αὐτῶν πράξανλας. κὴ προσπεσόνλες, τρέπουσιν ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ, ἅμα δὲ τοῖς Αϑηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων φοϐηθένλων. ᾠήθησαν γὰρ ἀπὸ προειρημένυ τι-

noƈte domum abierunt. Poſtridie vero Nicias quidem uno eodemque tempore cum dimidio copiarum ad confinia progreſſus, Scionaeorum agrum vaſtavit. Nicoſtratus vero cum reliquis *copiis*, a ſuperioribus portis, qua Potidaeam itur, urbem obſedit. Polydamidas vero (forte enim ad hanc urbis partem intra muros erat militum armatorum agmen) *eos* ut ad proelium inſtruebat, et Mendaeis ſuadebat, ut eruptionem facerent. Et cum quidam e populo ſeditioſe ipſi contradixiſſet, nec eruptionem faciendam, nec proelio opus eſſe *affirmans:* cumque, ſimul ac *ipſi* contradixiſſet,ab ipſo manu pertraƈtus ac perturbatus fuiſſet, populus ira protinus incenſus, ſumtis armis tendit cum in Peloponneſios, tum in eos, qui cum ipſis contra ſe egerant. Impetuque *in eos* faƈto, in fugam vertit, tum ob repentinum certamen, tum ob metum Athenienſium, quibus portae fuerant apertae. Exiſtimabant enim *Peloponneſii* ex aliquo compaƈto hanc im-

preſſionem *ab illis* in ſe factam eſſe. Atque illi quidem, quotquot ſtatim caeſi non fuerunt, in arcem confugerunt, quam ipſi vel antea tenebant. Athenienſes vero (jam enim et Nicias reverſus ad urbem erat) cum omnibus copiis irruentes in urbem Menden, quippe quae non ex conventu aperta fuiſſet, *eam* ut expugnatam diripuerunt. Et duces vix cohibere potuerant *ſuos milites*, quin homines etiam trucidarent. Poſtea juſſerunt Mendaeos eodem reipublicae ſtatu uti, quo conſueverant, ita tamen, ut ipſi inter ſe quaeſtionem haberent de illis, quos defectionis autores fuiſſe cenſuiſſent. Illos vero, qui in arce erant, muro utrinque uſque ad mare ducto circumvallarunt, et praeſidium *in eo* impoſuerunt. Poſtquam autem Menden in ſuam poteſtatem redegerunt, adverſus Scionen iverunt.

131. Oppidani vero cum ipſi, tum Peloponneſii, obviam *illis* progreſſi, in colle natura munito, ante urbem ſito, conſederunt:

νὸς αὐτοῖς τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι. καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, ὅσοι μὴ αὐτίκα διεφθάρησαν, κατέφυγον, ἥνπερ καὶ τὸ πρότερον αὐτοὶ εἶχον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ἤδη γὰρ καὶ ὁ Νικίας ἐπαναστρέψας πρὸς τῇ πόλει ἦν) ἐσπεσόντες ἐς τὴν Μένδην πόλιν, ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν, ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ, ὡς κατὰ κράτος ἑλόντες διήρπασαν. καὶ μόλις οἱ στρατηγοὶ κατέσχον ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαφθείρεσθαι. καὶ τοὺς μὲν Μενδαίους μετὰ ταῦτα πολιτεύειν ἐκέλευον ὥσπερ εἰώθεσαν, αὐτοὺς κρίναντας ἐν σφίσιν αὐτοῖς εἴ τινας ἡγοῦνται αἰτίους εἶναι τῆς ἀποστάσεως. τοὺς δ' ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἀπετείχισαν ἑκατέρωθεν τείχει ἐς θάλασσαν, καὶ φυλακὴν ἐπεκαθίσαντο. ἐπειδὰν δὲ τὰ περὶ τὴν Μένδην κατέσχον, ἐπὶ τὴν Σκιώνην ἐχώρουν.

ρλα'. Οἱ δὲ, ἀντεπεξελθόντες, αὐτοὶ καὶ Πελοποννήσιοι, ἱδρύθησαν ἐπὶ καρτεροῦ λόφου πρὸ τῆς πόλεως· ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐ-

ναντίοι, οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις. προσβαλόντες δ' αὐτῷ κατὰ κράτος οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ μάχῃ ἐκκρούσαντες τοὺς ἐπιόντας ἐστρατοπεδεύσαντό τε, καὶ ἐς τὸν περιτειχισμὸν, τροπαῖον στήσαντες, παρεσκευάζοντο. καὶ αὐτῶν οὐ πολὺ ὕστερον ἤδη ἐν ἔργῳ ὄντων, οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐν τῇ Μένδῃ πολιορκούμενοι ἐπίκουροι, βιασάμενοι παρὰ θάλασσαν τὴν φυλακὴν, νυκτὸς ἀφικνοῦνται. καὶ διαφυγόντες οἱ πλεῖστοι τὸ ἐπὶ τῇ Σκιώνῃ στρατόπεδον, ἐσῆλθον ἐς αὐτήν.


ρλϛ΄. Περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης, Περδίκκας τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυκευσάμενος, ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, διὰ τὴν τοῦ Βρασίδου ἔχθραν περὶ τῆς ἐκ τῆς Λύγκου ἀναχωρήσεως, εὐθὺς τότε ἀρξάμενος πράσσειν. καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγόρας ὁ Λακεδαιμόνιος στρατιὰν μέλλων πεζῇ πορεύσειν ὡς Βρασίδαν. ὁ δὲ Περδίκκας, ἅμα μὲν κελεύοντος τοῦ Νικίου, ἐπειδὰν ξυνεβεβήκει ἔνδη-

quem nisi hostes occupassent, ipsos circumvallare non potuissent: sed Athenienses eum strenue aggressi, proelioque rejectis iis, qui adversus *ipsos* venerant, *ibi* castra posuerunt, et erecto trophaeo, se ad urbem circumvallandam parabant. Nec multo post, quum in eo jam opere occuparentur auxiliarii, *Peloponnesiorum* milites, qui in arce obsidebantur, superatis *hostium* custodibus, qui ad mare erant, noctu *Scionen* pervenerunt. Et *ipsorum* plerique per media *Atheniensium* castra ad Scionen posita evadentes, in eam sunt ingressi.

132. Dum autem Scione circumvallaretur, Perdiccas per caduceatores, quos misit ad Atheniensium duces, compositionem cum Atheniensibus fecit, odio contra Brasidam concepto, propter discessum ex Lynco, quod jam tunc tentare coeperat. Tunc etiam Ischagoras Lacedaemonius exercitum ad Brasidam itinere pedestri deducturus erat. Perdiccas vero, partim quidem Nicia jubente, ut, quando compositionem fecerat, manife-

ſtam aliquam conſtantiae *fideique ſuae* ſignificationem Athenienſibus daret, partim vero quod Peloponneſios in ſuum *agrum* amplius venire nollet, cum rem Theſſalis hoſpitibus perſuaſiſſet, quod primorum hoſpitio ſemper uteretur, *Peloponneſiorum* copias, et *bellicum* apparatum impedivit, ita ut Theſſalos ne tentare quidem voluerint. Iſchagoras tamen, et Ameinias, et Ariſteus cum ipſi ad Braſidam pervenerunt, a Lacedaemoniis ad res inſpiciendas miſſi, tum etiam adoleſcentes ex ipſis *Lacedaemoniis* contra leges Sparta *ſecum* eduxerunt, ut *eos* civitatibus praeficerent, neque *illarum administrationem* quibuslibet permitterent. Et Clearidam quidem Cleonymi *filium* Amphipoli praefecerunt, Epitelidam vero Hegeſandri *filium* Toronae.

133. Eadem aeſtate Thebani muros Theſpienſium diruerunt, crimini dantes, quod cum Athenienſibus ſentirent. Id, quod ſemper quidem *facere* voluerant: ſed *tunc* oblata occaſione facilius *fecerunt*, quod in pugna cum Athenienſibus commiſſa omnis ipſorum juventutis flos periiſſet. Templum



λόν τι ποιεῖν τοῖς Ἀθηναίοις βεβαιότητος πέρι, ἅμα δ᾽ αὐτὸς οὐκέτι βουλόμενος Πελοποννησίους ἐς τὴν αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι, παρασκευάσας τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ ξένους, χρώμενος ἀεὶ τοῖς πρώτοις, διεκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευήν, ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν. Ἰσχαγόρας μέντοι, καὶ Ἀμεινίας, καὶ Ἀριστεὺς, αὐτοί τε ὡς Βρασίδαν ἀφίκοντο, ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ πράγματα, καὶ τῶν ἡβώντων αὐτῶν παρανόμως ἄνδρας ἐξῆγον ἐκ Σπάρτης, ὥστε τῶν πόλεων ἄρχοντας καθιστάναι, καὶ μὴ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἐπιτρέπειν. καὶ Κλεαρίδαν μὲν τὸν Κλεωνύμου καθίστησιν ἐν Ἀμφιπόλει, Ἐπιτελίδαν δὲ τὸν Ἡγησάνδρου, ἐν Τορώνῃ.

ρλγ'. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιεῖλον, ἐπικαλέσαντες Ἀττικισμὸν βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεὶ, παρεστηκὸς δὲ ῥᾷον, ἐπειδὴ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους μάχῃ ὅ, τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπο-

λώλει. ϗ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας τοῦ αὐτοῦ θέρȣς ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας λύχνον τινὰ θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ στέμματα, καὶ ἐπικαταδαρθȣ́σης. ὥστε ἔλαθεν ἀφθέντα πάντα, ϗ καταφλεχθέντα. καὶ ἡ Χρυσὶς μὲν εὐθὺς τῆς νυκτὸς, δείσασα τȣ̀ς Ἀργείους, ἐς Φλιοῦντα φεύγει. οἱ δὲ, ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τȣ͂ νόμȣ τȣ͂ προκειμένȣ κατεστήσαντο, Φαεινίδα ὄνομα. ἔτη δὲ Χρυσὶς τοῦ πολέμȣ τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ, ϗ ἔνατον ἐκ μέσȣ, ὅτε ἐπεφεύγει. ϗ ἡ Σκιώνη τȣ͂ θέρȣς ἤδη τελευτῶντος περιετετείχιστό τε παντελῶς, ϗ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπ' αὐτῇ φυλακὴν καταλιπόντες, ἀνεχώρησαν τῷ ἄλλῳ στρατῷ.

ρλδ'. Ἐν δὲ τῷ ἐπιόντι χειμῶνι τὰ μὲν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἡσύχαζε, διὰ τὴν ἐκεχειρίαν. Μαντινῆς δὲ, ϗ Τεγεάται, ϗ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέβαλον ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Ορεστίδος. ϗ νίκη ἀμφιδήριτος ἐγένετο. κέρας γὰρ ἑκάτεροι τρέ-

quoque Junonis eadem aeſtate Argis crematum eſt, quod Chryſis ſacerdos lucernam quandam vittis admoviſſet, et interim ſomno correpta fuiſſet. Unde accidit ut omnia per ejus imprudentiam accenſa conflagrarint. Chryſis vero, metuens Argivos, protinus noctu Phliuntem confugit. Illi vero aliam ſacerdotem, nomine Phaenidem ex civitatis inſtituto conſtituerunt. Chryſis autem octavum hujus belli annum, et noni ſextum menſem attigerat, quum profugit. Et Scione aeſtate jam extrema penitus circumvallata fuit, et Athenienſes praeſidio *illic* adverſus eam relicto, cum reliquis copiis domum abierunt.

134. Inſequenti hyeme Athenienſes quidem, et Lacedaemonii quieverunt, *ac ab armis abstinuerunt*, propter inducias. Sed Mantinei, et Tegeatae, et utrorumque ſocii, ad Laodiceam, quae eſt in Oreſtide, conflixerunt, et victoria anceps exſtitit. Nam utrique, cum cornu ſibi oppoſitum in fugam vertiſſent, trophaeum erexerunt, et Del-

phos ſpolia miſerunt. Cum tamen utrinque multi caeſi fuiſſent, et aequo Marte pugnatum fuiſſet, noxque proelium diremiſſet: Tegeatae quidem *in eo loco* pernoctarunt, ſtatimque trophaeum excitarunt; Mantinei vero ad Bucolionem diſceſſerunt, et poſtea viciſſim *et ipſi trophaeum* ſtatuerunt.

135. Eadem hyeme abeunte, et vere jam appropinquante, Braſidas Potidaeam tentavit. Cum enim noctu *ad eam* acceſſiſſet, et ſcalas *muris* admoviſſet, hactenus quidem *cuſtodes* latuit. Nam cum tintinnabulum praeteriiſſet, ita demum ad inane *murorum ſpatium, cuſtodibus vacuum,* antequam ille, qui ipſum *tintinnabulum alteri* traditurus erat, rediiſſet *eo, unde digreſſus fuerat,* ſcalae admotae fuerunt. Deinde tamen, cum *cuſtodes* ſtatim *ſtrepitum* ſenſiſſent, priusquam *ad murum* accederet, exercitum celeriter retro reduxit, nec exſpectavit donec dies illuceſceret. Atque haec hyems exivit: hujusque belli, quod Thucydides conſcripſit, nonus annus exceſſit.




THUCYDIDIS
LIBRI QUARTI
FINIS.

ψαντες τὸ καθ' αὑτοὺς τροπαῖά τε ἀμφότεροι ἔστησαν, καὶ σκῦλα ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψαν. διαφθαρέντων μέντοι πολλῶν ἑκατέροις, καὶ ἀγχωμάλου τῆς μάχης γενομένης, καὶ ἀφελομένης νυκτὸς τὸ ἔργον, οἱ Τεγεάται μὲν ἐπηυλίσαντό τε, καὶ εὐθὺς ἔστησαν τροπαῖον. Μαντινῆς δὲ ἀπεχώρησάν τε ἐς Βουκολίωνα, καὶ ὕστερον ἀντέστησαν.

ρλέ. Απεπείρασε δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος, καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη, Ποτιδαίας. προσελθὼν γὰρ νυκτὸς, καὶ κλίμακα προσθεὶς, μέχρι μὲν τούτου ἔλαθε. τοῦ γὰρ κώδωνος παρενεχθέντος, οὕτως ἐς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν παραδιδόντα αὐτὸν, ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. ἔπειτα μέντοι εὐθὺς αἰσθομένων πρὶν προσβῆναι, ἀπήγαγε πάλιν κατὰ τάχος τὴν στρατιὰν, καὶ οὐκ ἀνέμεινεν ἡμέραν γενέσθαι. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα. καὶ ἔνατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ
ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΤΟ ΤΕΛΟΣ.






THUCYDIDE


IV


colorchecker CLASSIC






















calibrite

mm